Capitulum 23m quod sic incipit. Quoniam autem ultimi investigat quod in 9e sensuum magis non sensibilium et quid dicitur dici organum in quo sensus sunt. et quare excellens sensibile corrumpit quidem sensum. et propter quod plante non sentiunt. nec omne corpus pati ab omnibus obiectis sensuum. Dicit quod sensus hic est illud quod susceptivum est specierum sensibilium sine materia. Sicut enim cera figuram anuli aurei vel enei suscipit non suscipiendo aurum vel es, ita quilibet sensus pati ab habente colorem. sapore vel sapore vel sono. et cetera. non inquantum qualia sunt in materia. sed inquantum recipit rationem sive intentionem ipsorum sine materia. Sensitivum autem est illud in quo est potentia susceptiva obiecti, non quidem ita quod idem est potentia sensitiva. et subiectum in quo fundatur secundum rationem alia sunt secundum rationem. nam subiectum est quoddam magnitudo. sensitivum autem sive potentia sentiendi non est magnitudo sed ratio quedam et potentia fundata in illo. Ex hiis manifestum est propter quid excellens sensibile corrumpit sensum. nam quia sensus est quedam ratio sive proportio que destruitur facta fortiori motione, quod sic apparet. dicit enim quod sensibile excellens propter molestam actionem corrumpit proportionem sensitivi. sicut fortis pulsatio cordarum in instrumento musico destruit sonum armonicum et symphoniam. Consequenter est ex eisdem propter quod plante non sentiunt. Quamvis enim habeant vegetativam et patiantur a qualitatibus tangibilibus. quia tamen non habent medietatem nec principium receptivum sensibilium sine materia. sed patiuntur cum materia. ideo non sentiunt. Dubitat autem si ab corpore carens olfactu patiatur ab odore. et carens visu patiatur a colore. et sic de aliis sensibilibus. et videtur quod non. odor enim est quod olfactibile. et ideo facit olfactum que est passio olfactus propter quod non habens olfactum non potest pati ab odore. et eodem modo est de obiectis aliorum sensuum. Sed nec visibile ut lumen neque audibile ut sonus neque odorabile ut odor agit in corpus non habens sensum. nec tonitruum scindit ligna per sonum sed potius per motum aeris in quo est sonus. Tangibilia autem et humores quos obiecta tactus et gustus faciunt effectum in corporibus que sensibus non patentur. non erit aliquo in animata patientur. dubitat ergo quare sensibilia non agunt in corpus inanimata sicut visibilia. Ad quod dicit quod ideo non omne corpus pati ab odore et sono quia passiva actionibus sunt indeterminata et instabilia, sicut patet in aere qui movetur ab odore fetidus. Quid autem dicebat odorare quod ab odore pati non est unum tendo ab odore fetidus. Quid autem dicebatur odorare quod ab odore pati non est simpliciter. sed odorare est pati ab odore sentiendo odorem. aer autem non sentit quia patitur ab odore sed potius fit sensibilis per ipsum.

Capitulum 24m quod sic incipit. Quid autem non sit alius sensus. probat quod non est dare aliud sensum preter quinque predictos preter sensibus exterioribus, propter hoc. Dicit potest videri superius auditum. olfactum. gustum et tactum non sit alius sensus sic patet. omnes quod sentit sine auditu. olfactu. gustu et tactu. non sit alius sensus. sic patet. omnes quod sentit habet sensum tactus. et huiusmodi nos habemus per quem sentimus omnes passiones tangibilis inquantum tangibile. Sic enim necesse est deficere aliquod organum ei cui deficit aliquis a sensibus. ita necesse tactu sentire habentem organum tactus, sicut habemus nobis coniunctum. Quecumque vero sentimus non per tactum cum medium nobis coniunctum est, sed per media separata ut per simplicia elementa scilicet aere et aqua, sic habent se habet quod per unum media sensibilia diversa genere sentiuntur. ut sonus et color per aerem, necesse est habentem organum conforme aeri sentire utraque. Si vero per plura media separata sentimus idem

sensibile ut colorem per aerem et aquam. utraque diafana sunt habens organum conforme alteri illorum mediorum. et utrumque sentiet idem sensibile per utraque. Quia ergo sensitiva vel per medium coniunctum vel per separatum sufficient continet omnes sensus. et isti non sunt nisi quinque predicti. patet quod preter quinque predictos non est dare aliud. Ipsa organa sentiendi. aut sunt ex aere. aut ex aqua. pupilla enim que est organum visus, ipse est ex aqua. organum vero auditus attribuitur aeri. et organum olfactus alteri predictorum. Ignis autem alicui nullius sensus est organum. aut quia est omnibus. quia nullum organum est sensitivum sine calore. Terra vero nullius est organum. licet misceatur plurimis aliis elementis ad constituendum organum tactus. Relinquitur itaque sensus omnes conformari et attribui aeri et aque, quos sensus omnia animalia perfecta non orbata habent. nam et talpa habet oculos sub pelle. Si ergo nullum est corpus vel passio sensibilis preter corpora et passiones que hic predicta per media predicta sentiuntur. patet quod nullus sensus deficit habentibus quinque sensus predictos. Sunt non nunc communia et cetera. probat non esse aliquem sensum preter quinque predictos proprium supra ex sensibilibus communibus.

Capitulum 24m quod sic incipit. [illegible] omnes cum hoc quod habemus multos sensus. Communium sensibilium huiusmodi sic est motus, quies, figura, magnitudo et numerus que per se et non secundum accidens sentimus quolibet sensu. non potest esse aliquis unus sensus proprius predictos. hec enim omnia motu mediante sentimus. magnitudinem enim sic mensuramus. ita et sentimus per motum. et eodem modo figuram que est quedam magnitudo. quies vero cum sit privatio motus per motum habet sentiri. et similiter numerus sentitur per negationem continui et propriis numerantur enim que non sunt continua sed divisa. nullus ergo unus sensus potest esse proprius sensibilium predictorum quod patet sic. Unusquisque sensus ita sentit per se unum sensibile proprium quod per accidens sentit quod est diversum ab eo. quod per accidens potest esse dupliciter ut aliquis sensus proprius alicui sensibili sentiat sensibile alterius sensus, eo quod coniungitur cum proprio sensibili in eodem subiecto. sicut visus ita sentit colorem per se. quod dulce sentit per accidens. eo quod coniungitur colori in aliquo subiecto. Secundo ut aliquis sensus per se sentiat, proprium sensibile, et per accidens sensibile vel quod nullo modo est per se sensibile sicut quod visus potest sentire filium cleonis cui inest albedo. quod per se sensibile est ex quibus patet quod sensibile commune proprium alicui sensui non potest per se ab aliquo sensu sentiri. Cum ergo sensibilium communium ut motus quietis figure magnitudinis et numeri. sicut plures sensus per se non est aliquis sensus proprius ipsorum. si enim esset aliquis ipsorum proprius oporteret quod alius sentiret ea per accidens eo modo quo sentimus sensum per qualitatem sensibilem, ut filium cleonis per albedinem vel eo modo quo sensibile unius sensus per alium sensum sentimus. quia coniungitur cum sensibili proprio. Sic enim amarum sentimus per visum. quia coniungitur cum rubeo. unde sensibilibus contigit iudicium decipi alicui sensui. quia enim colera amara est et rubicunda. aliquando iudicamus quod aliquid rubicundum quod non est colera sit amarum. Si autem queratur quare habemus plures sensus et non solum unum solum. dicendum est fecisse natura ne lateant nos communia sensibilia ut magnitudo et motus. Si enim solum visum haberemus, non cognosceremus diversitatem coloris et magnitudinis. posito quod color esset proprium obiectum visus. ex hoc ergo quod in diversis sensibilibus percipiuntur sensibilia communia, manifestum est esse diversa a sensibilibus propriis.

Capitulum 26m quod sic incipit: Quoniam autem sentimus etc. Investigat utrum eodem sensu sentiamus et sentiamus nos sentire. Quoniam sentimus nos videre et audire, necesse est aut visu sentire quod videmus aut altero quodam sensu. Et si altero sentimus nos videre, de illo sensu queretur si sentit se videre per se vel per alterum sensum, et de dubitatione quod procedatur in infinitum. Nam si idem sensus sentit et se sentire percipit, idem erit sensus diversorum obiectorum, scilicet obiecti proprii et actionis vel passionis proprie, ut si idem visus videt et percipit se videre, idem visus erit coloris et visionis. Si autem alio sensu sentimus et alio percipimus nos sentire, duo sensus erunt eiusdem obiecti, scilicet rei quam percipimus nos sentire, necesse enim sentiet sensibile obiectum sensationis quod sentit, ut si alio sensu quam visu sentimus nos videre, ille sensus erit perceptivus coloris, et sic duo sensus erunt eiusdem obiecti. Preterea si alter visus est quo sentimus nos videre ab eo quo videmus, de illo queretur utrum per se ipsum sentiat se videre aut per alium, et si per alium, idem queretur de illo, ita quod vel procedetur in infinitum, quod est impossibile, vel deveniet ad aliquem sensum qui sic videns erit sui ipsius quod sentiet se sentire. Et si hoc verum est de aliquo sensu, estimandum de primo. Dubium autem huius est, quia si sentire visu est videre, quod autem videtur vel colorem vel habens colorem, oportebit visionem esse coloratam. Solvit obiectionem dicens quod sentire non est sic unius obiecti sicut videre. Discernimus enim visu mediante tam tenebram quam lumen, licet eodem modo et cum tenebras non videmus. Preterea visio aliquo modo colorata est, quia sensitivum suscipit speciem sensibilis non materiam, propter quod abeuntibus sensibilibus insunt nobis sensationes et fantasie sensibilium. Preterea sonus et idem actus secundum rem est sensibilis et sentientis, licet diversus sit secundum rationem, verbi gratia sonus secundum actum idem est quod auditus secundum actum. Contingit enim habentem auditum non audire, et habentia sonum non sonare semper, scilicet quando sunt in potentia. Quando autem potens auditum est in actu et potens sonare actu sonat, tunc simul fit auditus et sonus in actu, quorum alterum dicamus auditionem et alterum sonationem. Ambo tamen, scilicet sonum et auditum, necesse est esse in potentia sentiente, sicut in motu. Actio enim agentis et passio patientis in patiente sunt, unde non est necesse omne agens pati vel moveri. Actus autem sonativi sive soni sonatio est, sicut actus auditivi sive audientis est auditio. Dupliciter autem dicitur sonus et auditus, scilicet in potentia et in actu. Eadem autem ratio est de actu aliorum sensuum et sensibilium, sicut enim actio et passio sunt in patiente, sic videtur actus eorum sensibilium et sensationes sensitivi sunt in sensitivo, ita tamen quod in quibusdam utrumque nominatum, scilicet actus sensibilis et sensitivi, ut in auditu actus audibilis dicitur sonatio, sonationis vero audientis dicitur auditio. In quibusdam vero sensibus alterum est innominatum, ut in visu cuius sensatio dicitur visio, et in gustu cuius sensatio dicitur gustatio; actus vero tam coloris quam humoris innominatus est.

Capitulum 27m quod sic incipit: Quoniam autem unus quidem etc. Ostendit quod sensibilium excellentia corrumpit actus sensibilis et sentientis, et sic salvatur utrumque secundum actum, licet in potentia non sic utrumque corrumpitur, reddit quod rationem quare excellens sensibile corrumpat sensum. Quoniam ergo actus sensibilis et sensitivi unus et idem est secundum rem, licet differens ratione, necesse est sic corrumpi et salvari utrumque secundum actum, ut auditum et sonum, humorem et gustum, et alia similiter. Secundum potentiam [illegible]

hoc non est hic necesse, quod primi naturales non bene considerabant, qui volunt opinabantur simpliciter esse non esse colorem sine visu, neque humorem sine gustu. Licet enim color non sit in actu sensationis sine visu nec humor sine gustu, potentia tamen et color est sine visu et humor sine gustu. Quoniam autem vox sive sonus quodammodo existens idem auditui est symphonia quedam, et hoc est quedam proportio, necesse est auditum consistere in quadam proportionata ratione, et eodem modo quamlibet aliam sensationem. Propter quod unumquodque excellens sensibile corrumpit proprium sensum, cum destruat proportionem in qua consistit: excellens enim audibile destruit auditum, et excellens humor gustum, et excellens fulgor visum, et ita de aliis excellentibus obiectis. Obiecta autem sincera et contemperata secundum debitam rationem delectabilia sunt sensibus. Talia vero proprie sunt mixta et que media inter extrema, sicut in auditu symphonia mixta est ex acuto et gravi delectans auditum. Similiter in tactu delectabile est mixtum ex calido et frigido. Excellentia vero sensibilia contristant et corrumpunt sensum. Investigant sensum communem.

Capitulum 28m quod sic incipit: Unusquisque quidem sensus etc. Ex hoc quod discernimus sentiendo sensibilia diversorum sensuum, ostendit quod est sensus communis. Alio modo est unus [illegible] Quilibet enim sensus est obiecti sensibilis cuius est receptivus, in quo est sensitivus, discernens differentias ipsius obiecti, sicut visus est coloris album et nigrum discernens. Et eodem modo est in aliis sensibus. Sed quoniam sentiendo discernimus differentiam quam habent sensibilia diversorum sensuum ad invicem, ut album et dulce, necesse est sensu aliquo sentire hanc differentiam, cum ipsa que differunt cognoscamus sint sensibilia. Hanc autem differentiam non percipimus aliquo sensu de predictis, verbi gratia tactu cuius organum dicitur esse caro, quia necesse esset discernentem predicta sensibilia tangendo utrumque. Neque duobus sensibus potest discerni quod alterum sit dulce ab albo, sed oportet alicui uno sensu utrumque manifesta esse. Duobus enim sensibus cognoscere diversa sensibilia esse diversa simile est ac si diversa esse cognoscerent, quorum unus ego illud et tu aliud sentires. Tali autem modo non iudicaretur diversitas sensibilium, et ideo oportet unum et eundem sensum sentire quoniam alterum est dulce ab albo, et iudicare eam differentiam. Quod non est possibile fieri nec uno neque pluribus sensibus particularibus, et ideo oportet esse quendam sensum communem discernentem differentiam sensibilium diversorum sentiendo utrumque. Quod autem non in alio et alio tempore sed in eodem potius sensus sentiat diversa sensibilia et discernat inter ipsa, patet quia sicut ipse existens idem iudicat alterum illorum bonum vel malum, sic quando iudicat unum iudicat et alterum, et sicut in eodem quando ipse iudicat unum ita ipse iudicat alterum. Dico autem in eodem quando, ut si nunc dicat album alterum a dulci, ita in eodem nunc ipse dicat dulce alterum esse ab albo. Ergo simul in eodem et in eodem tempore inseparabili percipit utrumque. Impossibile autem videtur unum et idem indivisibile et in indivisibili tempore moveri secundum contrarios motus. Dulce autem et amarum tamen sensum quasi in contrarium movent, album autem et nigrum, quare non eodem sensu simul sentiuntur predicta. Et si dicitur quod sensus communis sit unus et individuus subiecto, tamen multiplex ratione et virtute, ita quod aliquo modo divisibile existens sentit [illegible] secundum esse et rationem, aliquo vero modo indivisibile, scilicet subiecto, sentit diversa, hoc non est possibile, licet enim in eodem subiecto indivisibili possunt esse contraria in potentia, tamen non possunt eidem inesse secundum actum. Sic igitur

impossibile est album et nigrum eidem simul actu inesse ita impossibile videtur sensum eundem simul
pati a sensibilibus contrariis. Deinde dicit quod sicut punctum communis idem est unum in se secundum
quod terminat lineas divisas, eo quod plures utrumque eodem signo, sic sensus communis unus
idem est in se et secundum quod indivisibile potest simul plura cognoscere ac discernere. Secundum autem quod eo
de utitur tanquam termino plurium sensuum particularium cognoscit et iudicat plura sensibilia separata
et tempore diviso utitur eo ipso pro duobus quando duo iudicat separata. Deinde probat quod
dicimus alias esse sensitiva hic determinata sunt —
Quaeritur 29m quod sic incipit. Quoniam autem duabus differentiis etc. Enumeratis his quibus videtur idem
esse sensus et intellectus determinat ipsos realiter inter se differre. Et primo duobus scilicet motu
secundum aliam differentiam et comprehendo secundum eum intelligere discernere et sentire. Videtur esse quidam
sentire propter multa. Primo quidem quod intellectus utrumque anima ad iudicat et cognoscit. Secundo
quod antiqui idem dicunt esse sapere et sentire. Empedocles enim dicit quod appetitus saltem in hominibus
et aliis alibi (?) deliberat ad agendum ad praesens id est ad praesentiam determinati temporis vel generis
obiecti vel temporis praestat eis sapere diversa. Omerus etiam dicit intellectum tale esse inveniens
hominibus qualem sol qui est pater hominum per generationem et deorum id est planetarum per illuminationem
illuminando quod fiat in die ita quod omnes hii opinantur intelligere esse corporeum sicut
quorum utrumque sit possibile ut dictum est in ipso libro determinatur. Insufficienter autem determinaverunt
de propositis omittentes de ignorantia sive de deceptione quae fit circa sensibilia quod plurimum
temporis anima est ignorans unde necesse est anima dicere quoniam non esse sensum vel tactum
dissimilis eius deceptionem si notitia est per apprehensionem similis. Hoc enim secundum est quod
est similis similis cognoscere. Nihil illud potest esse verum quod eadem scientia et de deceptione eadem est
contrariorum. Quod autem non sit idem intelligere et sentire probat primo etc. quod sentire inest omnibus
animalibus intelligere autem paucis. Secundo idem probat quod intelligere contingit aliquando recte et quando
recte. Recte quidem per prudentiam scientiam et veram opinionem. Non recte autem per contraria.
Sentire autem non contingit ad non recte quod sensus proprius verus est semper. Deinde
ostendit quibus differt intellectus a sensu quod intelligere contingit ad falso et nulli inest cui non
insit ratio sensus autem propriorum semper est verus et animalibus omnibus inest et ratio eis non insit id —
Quaeritur 30m quod sic incipit. Fantasia autem alterum est a sensu etc. Manifestat quod fantasia
est aliud a sensu et ab intellectu et ab opinione quae pertinet ad intellectum.
Fantasia autem ita differt a sensu et intellectu quod ipsa non fit sine sensu et sine ipsa non est opinio.
Quod autem ipsa non sit opinio manifestum est per hoc fantasia enim nobis inest cum volumus quod
poculis et quod in potentia non est fantasiari sicut patet in actu recordantium et ydolum facit
et quod in potentia est opinari autem non inest nobis quando volumus quod non est in potestate
nostra cognoscere vel falsum quae requiruntur ad opinionem. Et cum opinamur aliquod
difficile vel terribile statim patimur et similiter statim confidimus si opinamur aliquod
fidendum sit. Secundum in fantasia autem anima nichil plus patimur quam considerando difficilia et
confidentia in pictura. Tertio fantasia non est differentia acceptionis id est cognitionis sicut est scientia



opinio et prudentia et horum contraria de quo differentia alibi dicendum est. Quarto intelligere est differentia
sensu assentire et hoc est aliud quam fantasia quae differt ab opinione dantes de fantasia differentia
quae de intellectu et opinione. Si fantasia proprie accepta et non secundum methaphoram est virtus
secundum quam nobis insit aliquod fantasma id est ydolum fantasiatum videtur esse aliqua potentia aut habitus
secundum quem discernimus verum et falsum. Huiusmodi autem sunt sensus opinio scientia et intellectus. Videtur ergo esse aliquid istorum.
Quod autem non sit sensus probat primo sic: sensus enim dicitur vel in potentia sicut est visus visiva vel in actu sicut est
visio. Fantasiatur autem quis sicut dormientes non per sensum in potentia quod talis non dicitur nec per sensum
in actu quod talis non est in sompnis. Secundo sic sensus in potentia adest semper omnibus animalibus non orbatis. Fantasia
autem non sed sensus est actu. Animalium inest cuilibet alii fantasia autem quibusdam numquam inest ut formice api et vermi. Tertio sic sensus semper verus est fantasie autem multe falsae. Quarto sic quando opinamur
certitudinaliter esse aliquod sensibile non dicimus hoc videre nobis tale sed hoc dicimus quando non manifeste
sentimus secundum fantasiam autem dicimus hoc nobis apparet. Sic visiones dicimus apparere dormientibus.
Nec potest esse idem fantasia quod scientia vel intellectus quod semper illa dicunt verum fantasia
autem aliquando est falsa —
Reliquum ergo videre etc. Probat fantasiam non esse idem quod opi
Quaeritur 31m quod sic incipit: nionem nec ad compositum ex opinione et sensu. Et primo quod fantasia non
est idem cum aliquo istorum quae semper vera sunt reliquum videre si est opinio quia enim potest esse vera vel
falsa. Non est autem fantasia opinio nam opinioni semper inhaeret fides quod non contingit opinantem
non credere ei quod opinatur. Fantasia autem non semper coniuncta est fidei cum insit multis
bestiis quarum nulli inest fides. Hanc suasum esse suasionem autem sequitur ratio quibusdam
autem bestiis inest fantasia quibus ratio non inest. Secundo manifestat quod fantasia nec est opinio
cum sensu nec facta per sensum nec complexio quaedam opinionis et sensus. Si enim esset complexio ut
usque oportet utrumque ipsorum esse respectu eiusdem ita quod fantasia esset complexio ex op
inione albi et sensu eiusdem et non ex opinione albi et sensu boni. Sed unum eundem quod sentit
tunc possibile esset opinatum possibile non secundum accidens. Apparent autem quaedam falsa secundum sensum de quibus
tamen habetur opinio vera sicut falsum est solem esse unius pedis sic apparet visui et verum est ipsum
esse maiorem terra sicut opinantur. Si ergo fantasia est complexio opinionis et sensus necesse est
aut abiecisse veram opinionem habitudinem rei et salvata salva re non oblitum nec dedidicisse
aut si adhuc eandem opinionem fantasia erit simul vera falsa propter falsum vera propter opinionem
veram quae non sit falsa nisi quando res sic mutatur ut lateat opinantem. Fantasia ergo nec
est aliquid horum nec aliquid factum ex hiis —
Quaeritur 32m quod sic incipit: Sed quoniam est moto etc. Manifestat quid est fantasia et quare secundum
ipsam contingit multa facere et pati
et quod aliquando vera est aliquando falsa. Quoniam contingit motum ad alio moto fantasia videtur motus
esse non tamen fieri sine motu sensus sed in hiis quae sentiunt et quorum est sensus contingit enim a sensu qui est
in actu fieri motum fantasie similem sensationi et hic motus non contingens fieri sine sensu neque
existit in non sentientibus est fantasia. Habentibus autem fantasiam contingit multa facere
aut pati secundum ipsam et contingit etiam eam esse veram et falsam. Accidit autem fantasiam posse
esse veram et falsam quod sensus propriorum sensibilium obiecti et plurimum verus et in paucioribus falsus. Secundo autem obiecti
propriis contingit ipsum mentiri. Verbi gratia esse album non mentitur. Sed de eo cui album accidit

r' non sensibilium communium. ut magnitudo et motus et alia que consequuntur subiecta quibus insunt
sensibilia propria maxime contingit decipi secundum sensum communem. Itaque fantasie factus a sensu qui est in actu dif-
fert penes hec tria sensibilia. Sicut enim sensus primus, propriorum obiectorum presentis semper verus est. Sensus autem obiecti
sensibilium per accidens et communium sensibilium sive presentis sive absentis potest esse falsus. maxime quando
sensibile procul existit. Ita fantasia que est motus causatus a sensu secundum actum potest esse vera et falsa.
¶ Dicitur autem fantasia .i. visio ut apparet eo quod cum ceteris sensibus quod visus est principalis
accipiens nomen a lumine sine quo non contingit videre ¶ Et quia alia non multa operantur secundum fan-
tasiam. quoniam in ipsa manent multa fantasmata similia sensatoribus et sensibilibus non in actu sen-
tientibus. quod ipse hic facit notandum quia multa alia non habent intellectum ut bruta. et quia intellectus aliorum vela-
tur. aut passione aut egritudine prohibentibus aut sompno ligante. et ideo natura
providit ad principium operandi scilicet fantasiam. de qua tanta dicta sint. —

[E]x parte autem anime qua cognoscit anima et sapit ¶ Huius libri tertij capitulum primum
premissa intentione eorum que de intellectu dicenda sunt ostendit quod intellectus est
quedam natura potentialis non mixta corpori. in actu tamen ad unam naturam est et locus specierum et quod
aliquid pati intellectus ab intelligibili. et sensus a sensibili ¶ De parte autem anime qua cognoscit
et sapit. scilicet de intellectu sive separabili existente non secundum magnitudinem sed ratione. sive inseparabili. considerandum est
quam differentiam habeat ab aliis potentiis. et quomodo fit ipsum intelligere ¶ Si intelligere est pati aliquid. aut
aliquid huiusmodi passionis sicut est sentire. hoc utique erit ab intelligibili. Si autem intellectus impassibilis est
susceptivus autem speciei ita est in potentia talis intelligibilis quod non est ipsum intelligibile. sed sic se habet ad in-
telligibile sicut sensus ad sensibile. Et quoniam omnia intelligit necesse est ipsum esse immixtum. sicut dixit anaxagoras.
ut imperet. Nos autem ipsum dicimus immixtum ut omnia cognoscat. quia si mixtus esset aliquo ipsum
intus apparens prohiberet quod extraneum recipi in ipso ¶ Propter hoc neque eius non est una natura
ultimo actu. sed potius ita esse naturam potentialem. Dico autem intellectum quo opinatur anima et intelligit. nichil
intelligibilium actu esse ante intelligere. et ideo non est rationabile ipsum misceri organo corporali. quia si
misceretur ei conficeretur qualitate sensibili scilicet aliqua caliditate aut frigiditate vel huiusmodi. sicut
sensus. quia nulla reperitur in eo. bene igitur dicunt antiqui animam esse locum specierum non quidem totam. sed intellectivam. neque
actu sed potentia ¶ Quod autem non eodem modo patiatur intellectus ab intelligibili et sensus a sensibili patet ex accidentibus. Quoniam
enim non sentit excellens sensibile sed corrumpitur ab eo. ut auditus a magnis sonis. et olfactus
a fortibus odoribus. intellectus autem intelligendo maxime intelligibile non propter hoc minus sed potius magis
intelligit infima intelligibilia. sensus enim non est sine corpore. intellectus autem separatur ab eo ¶ Cum autem
intellectus fiat singula intelligibilia dicitur sciens secundum actum. et hoc statim fit cum possit operari in actu per
se ipsum. itaque tunc est aliqualiter scilicet ad considerandum. non tamen eo modo quo fuit ante addiscere, potest et tunc
se ipsum intelligere quia factus est in actu — Investigat qualiter intellectus se habet ad quiditatem

Q capitulum 2m quod sic incipit. Quoniam autem aliud est magnitudo et ut quiditas. et ad ipsum in actu existentem ¶ Item
in abstractis nisi sit naturale ut aqua sive mathematicum ut magnitudo aliud est quiditas et
aliud esse actu existens. ut aliud est magnitudo et aliud magnitudini esse. et aliud est aqua aliud aque esse. sed non sed
quiditas et esse est quiditas. sive esse actu idem. ut separans animam. in hiis quibus predicta differunt.

omnia cognoscat huius quiditatem et discernit ipsum a quiditate alia potentia quam intellectu vel per intellectum habentem
se alio modo quam cognoscendo quiditatem. Exempli gratia carnem que ita habet formam in materia sicut simum est in
naso sensitiva potentia iudicat in qua ipsum causidem quedam proporcio calidi et frigidi. sicut eadem potentia percipit ca-
lidum. aliam igitur quam per intellectum cognoscat quiditatem carnis alia potentia discernit esse .i. actualiter existentiam
sive suppositum carnis actu existens. vel si intellectu discernit carni esse. hoc facit actu reflexo
per actum eius extensum ad sensum seu ad fantasiam. Eodem modo in mathematicis in quibus aliud est quiditas
ut rectum et simum. alia autem potentia. alia eadem aliter se habente autem iudicat huius quiditatem et ipsam
quiditatem ¶ Res enim sic separabiles a materia. sic sunt apte nate concipi per intellectum.

Q capitulum 3m quod sic incipit. Dubitabit autem aliquis. Investigat quomodo intellectus cum sit impassibilis
possit intelligere, cum hoc sit pati. Investigat etiam si intellectus possit se ipsum intelligere ¶ Si intellectus est simplex
et impassibilis non communis cum alio in materia sicut anaxagoras dicit faciens ipsum immixtum. dubitatur
quomodo intelliget si intelligere est quoddam pati. agens enim agit et patiens patitur in quantum aliquid est commune utrisque. Du-
bitatur secundo utrum intellectus sit ad intelligibile et utrum quod non quia cum omne intelligibile sit unum ratione si intellectus est intel-
ligibilis secundum se ipsum. quecumque per se sunt intelligibilia haberent intellectum. Si autem non est per se intelligibilis eo quod sit
mixtus cum non haberet aliquid ipse quod fiat intelligibile. sic non habet illa hec. Ad primam dubitationem dicit quod pati commune ac-
ceptum dicitur uno modo per realem transmutationem et tale arguit materiam. alio modo per esse in potentia ad recepcio-
nem. quo modo intellectus est potentia intelligibilia nichil eorum est actu antequam intelligat. Est enim sicut tabula
in qua nichil est actu scriptum et pati hoc modo non arguit materiam. sed [illegible] potentiam receptivam.
Ad 2am dubitationem dicit quod intellectus intelligibilis est per intentionem, sicut et cetera intelligibilia. sicut secundum certam intelligibilia
materie. In illis in quibus idem est intellectus et quod intelligitur. idem est quod est virtus speculativa et speculabile. Non enim
autem in omni intelligibili reperitur virtutem intelligendi. quia habentia materiam ita sunt potentia intelligibilia quod in eis
non est intellectus cum sit potentia immaterialis. consimile igitur sic est intelligibile quod non est intellectus.

Q capitulum quartum quod sic incipit. Quoniam autem sicut in omni natura etc. Manifestat quod sicut in anima est intellectus possibilis. ita est
intellectus agens. comparans has duas adinvicem ¶ Sicut in omni natura sensibili est duo. aliquid ut materia
quod est potentia omnia sensibilia. et aliquid quod est factivum omnium. ut in artificialibus est potentia omnia que possunt fieri
partes et eorum pars est causa factiva ita in intellectu necesse est esse has differentias. scilicet intellectum possibilem
quo est omnia fieri. et agentem quo est omnia facere. et hic est sicut quidam habitus et quedam lumen. lumen enim
quodam modo facit potentia colores. actu colores ¶ Hic intellectus igitur agens est separabilis et impassibilis. im-
mixtus et substantia ens actu. Cum enim honorabilius sit agens paciente. et efficiens materia. intellectus
agens tamquam nobilior erit substantia ens actu ¶ Intellectus in actu considerans et scientia in actu in re
actu idem sunt. Qui vero autem intellectus in potentia tempore unius et eidem sit prior tempore. in
universali autem neque tempore. non intellectus qui est actu considerans. Vult tamen et tertio dicere non est prior ipso tempore. oportet enim esse intellectum
qui actu considerat et non est talis ut aliquando intelligat. aliquando autem non intelligat ¶ Intellectus in
separatus autem ita est vere ens quod solus est perpetuus et immortalis eo quod est impassibilis. non reme-
moramur autem post separationem eius a corpore. quia intellectus passivus in quantum communicat cum vir-
tute ymaginativa est corruptibilis. nichil intelligens sine fantasmate.

Q capitulum quartum quod sic incipit. Indivisibilium quidem igitur etc. Declarat duplicem esse operationem intellectus

quarum una est simplicium apprehensio et quantum ad hanc non cadit falsum. et alia compositio et divisio et quantum ad hanc est
verum et falsum. ¶ Simplicium apprehensio intellectus qua est indivisibilium intelligentia est respectu eorum in quibus non
contingit falsum. sed compositio est in hiis in quibus verum vel falsum ex hoc quod intellectus ea simul com-
ponit tamquam unum. ¶ Compositio simplicium intelligentie procedit et eam que componit est composita
quemadmodum Empedocles dixit naturam primo germinasse quedam capita sine collo vel cervice.
et postea concordiam composuisse ea. ¶ Si autem intellectus coniungit intelligat temporis preteritum vel futurum.
ut dicendo album fuit non album. vel erit non album et componendo unum cum alio. sicut dicendo
falsum erit aut verum. et sic non solum est verum vel falsum in compositione et divisione respectu temporis presen-
tis. ut dicendo cleon est albus. verum in respectu temporis preteriti et futuri scilicet dicendo erat albus. vel erit
albus. Componens autem et faciens unum ea que sic componuntur est intellectus.

Capitulum 6m quod sic incipit. Indivisibile autem etc. Manifestat quomodo intellectus per simplicem apprehensionem
intelligit ea que sunt continua. sive per se sive per accidens. et etiam ea que non sunt ambo. Et quomodo
ista operatio differt ab ea que est compositio vel divisio. ¶ Cum enim continuum est et divisum
et in tempore indivisibili vel instanti. tempore enim sequitur magnitudines secundum divisibile et indivisibile.
Intellectus igitur apprehendente simplici intelligentia continuum ut indivisum actu. non est dicere
quod una parte eius intelligit in una parte temporis. et alias in alia. et aliquid in medio vel aliquid
quia hoc non fit nisi divisim intelligat partes continui. tunc enim dividitur tempus continuum sicut et
divisim intellecte partes continui. et ideo cum sic intellecte partes ipsius. ideo est tempus sive
illa mensura in quo apprehenduntur. ¶ Illud enim quod est indivisibile secundum formam et non secundum quantita-
tem ut homo vel lignum intellectus intelligit simplici intelligentia et tempore indivisibili.
Non enim apprehendit ipsum inquantum est divisibile nec in tempore divisibili. Sed inquantum indivisibile. In talibus enim
que sunt unum formaliter est aliquid indivisibile quod est inseparabile. scilicet forma specialis faciens ea unum. et
facit ea intelligi in uno tempore scilicet in instanti. facit enim unitatem unitatis continuitatis
ipsorum. et talem recipit in se unitatem continui et temporis. ¶ Punctum autem et omne indivisibile
quod tamen est ut divisionis ut est unitas intelligitur ut privatio quedam. quemadmodum enim malum cognoscitur
quia est privatio boni. ita et punctum cognoscitur quia habent rationem privationis. ut sic a[illegible] non cognos-
citur nisi per privationem contrarii. oportet autem intellectum cognoscentem ad privationem contrarium esse alterum ipso-
rum et non esse in actu. Si vero aliquis intellectus sit cognoscens ad privationem rei cognoscere ipse seipsum
cognoscit. tamquam semper actu existens. et actu separatus. ¶ Omnis autem actio intellectus qua dicitur per
dicendo aliquid de aliquo sicut affirmatio vera est aut falsa. non tamen omnis actio intellectus est talis.
sed simplex intelligentia quiditatis rei vera est. Sed verus in apprehensione proprii ubi semper verus
est. licet non semper sit verus iudicando album esse hominem. vel non. quecumque igitur sunt sine
materia apprehenduntur simplici intelligentia. ¶ Scientia autem rei in actu secundum actum idem est cum sci-
ente. Scientia autem que de potentia deducitur ad actum respectu unius et eiusdem prius tempore est
in potentia quam in actu. simpliciter autem et respectu diversorum non est prius tempore. quia omnia de potentia dedu-
cuntur ad actum per aliquid quod prius existit actu.



Capitulum 7m quod sic incipit. Videtur autem sensibile etc. Assignat convenientias inter sensum et intellectum
quantum ad passionem et actionem. ¶ Sensibile actu actu agens sic educit sensum de potentia
ad actum sentiendi. quod non patitur nec alteratur. et ideo iste non est alia species motus ab hiis que
physice movent. quia motus physicus est actus imperfecti. iste autem actus simpliciter perfecti cum sit respectu
simpliciter actualiter existentis. ¶ Sentire igitur simplici apprehensione. similiter est simplici intelle-
ctui. utrique enim est actus perfecti. sicut dicere et percipere intellectum forte formarum. ¶ Cum
autem sensus affirmat aut negat aliquid delectabile vel triste. statim ipsum prosequitur
aut fugit. Delectari enim et tristari est agere ad esse bonum vel malum inquantum talia medi-
ante sensitiva. Fuga autem appetitus. et sunt actiones secundum actum. ita quod appetitivum
et fugitivum sunt idem inter se. et idem cum sensato realiter licet differant secundum esse id est secundum
rationem. Et quia fantasmata sic se habent ad intellectum sicut sensibilia ad sensum. ideo quando
intellectus affirmat vel negat aliquid esse bonum vel malum mediantibus fantasmatibus ipsum
prosequitur aut fugit. Et quoniam ita se habet in omni intellectione. ideo sine fantasmate anima non in-
telligit. ¶ Sensibilia autem hoc ordine movent sensum. aer enim illuminatus immutat pupillam
et hec immutat sensum. et eodem est in auditu modo et in auditu et aliis sensibus. que omnes
immutant sensum communem. qui est unus et ultimus tamquam una medietas. licet plurificetur
secundum multos aspectus. et quoniam prius dictum fuit quod sensus communis discernit differentiam sensibilium
dulcis. verbi gratia. dulcis et calidi. tamen hoc iterum dicit. ¶ Sensus enim communis cum ad unum
est sicut terminus. et sicut terminus est communis sensuum particularium cum proportionatur in-
tellectus qui unus numero existens licet se ad diversa fantasmata diversis rationibus. sicut sensus communis
ad diversa sensibilia iudicans enim fantasmata diversis rationibus aut contraria ita pertinet ad unum
intellectum sicut iudicare sensibilia diversis rationibus pertinet ad unum sensum. Si enim album sit
a. dulce vero sit b. fantasma autem albi sit g. et fantasma dulcis sit d. sicut se
habet album ad dulce. ita fantasma albi ad fantasma dulcis. et permutatim. sicut
se habet album ad fantasma albi. ita dulce ad fantasma dulcis. sicut igitur album et dul-
ce discernuntur per unum sensum. ita fantasma albi et fantasma dulcis per unum intellectum. ¶ Intellectus igitur
species sensibilium intelligit mediantibus fantasmatibus. et ideo sicut prosequibile et fugiendum determinantur
presentia sensibilium quando sensus est in actu ita in absentia sensibilium potest esse prosecutio et fuga. quando
in fantasmatibus fuerit determinatum prosequibile vel fugiendum. ¶ Aliquando enim ad cognoscendum ut
fugibile quod sentitur nocivum esse. sicut videns ignem cognoscit per visum ex hoc
quod communis accidit esse ipsum quod nocivum est [illegible]. et eodem modo per visum percipit inpugnans
esse fugiendum. aliquando ex hiis fantasmatibus seu conceptionibus que sunt in anima ratiocinatur homo
et comparat presentia ad futura. tamquam si essent presentia sensibilia. et cum iudicaverit aliquod
letum aut triste ipsum prosequitur aut fugit. Declarat quod verum et falsum habent

Capitulum 8m quod sic incipit. Et omnino in actione etc. se ad intellectum tam speculativum
quam practicum. sicut bonum et malum ipsi intellectui. et quomodo mathematica intelligit prout sunt
abstracta a materia. quamvis non sint abstracta ab ea. ¶ Omnino enim verum et falsum
sunt in actione. scilicet per intellectum practicum. quantum ad finem actionis. scilicet in sicut in actione intellectus
speculativi sunt in eodem genere bono et malo. quia verum est tamquam bonum [illegible]

intellect(us). et scientia est tamquam malum differenter tamen quia in intellectu speculatio ambo dicuntur
simpliciter sine extensione ad opus. in practico autem sunt cum extensione ad actum ¶ Dicit non secundum ab-
stractionem ut mathematica intellectus sic concipit. nam sicut intelligendo simum et quibus anima ille
inquantum tale. intelligit non separatum a materia sed coniunctum cum ipsa. ita intelligendo curvum in actu inquantum curvum
intelligit ipsum sine carne in qua est. et hoc modo intelligit mathematica separata a materia sensibili quamvis
non sint separata ab ea. universaliter enim intellectus qui est secundum actum sic intelligit res sicut convenit vel
non convenit in illa differentia ¶ Utrum autem contingat intellectum non separatum a corpore intelligere
de separatis realiter posterius considerandum — Manifestat quomodo anima est quodammodo omnia per
Capitulum 9 quod sic incipit. Nunc autem de anima et de anima. intellectum et sensum et quod intellectus eius in suis actibus
dependet a sensu. non tamen ipse sit idem cum fantasia ¶ Dicit igitur recapitulantes ea que
de anima dicta sunt dicamus quod anima est aliquo modo omnia entia. entia enim aut sunt sensibilia
aut sunt intelligibilia. Cum igitur scientia sit aliquo modo scibilia et sensus sensibilia sensata que sentit et
sentit. est sensibilia per scientiam et sensibilia per sensum. et sic est aliquo modo omnia ¶ Sed oportet considerare quomodo
hoc verum sit. intellectus est itaque quod scientia et sensus secantur sicut et res. rebus enim entibus ipsorum
[illegible] scientia et sensus ipsorum que non sunt actu proportionatur scientie et sensui in actu. sic enim in
est sensitivum et scientificum ipsorum. ita in rebus est sensibile et scibile in ipsorum ¶ Necesse est autem animam
esse omnia entia altero duorum modorum. scilicet aut ita quod sit idem realiter cum ipsis. et hoc modo non est
ipsa entia. aut quod intentionaliter et hoc modo est ipsa entia. lapis enim non est in anima sed species la-
pidis et intentio lapidis. Unde anima est sicut manus. manus enim in agendo est organum organorum
et anima in cognoscendo est species specierum. est enim per intellectum species specierum intelligibilium. et per sensum species spe-
cierum sensibilium ¶ Sed autem intellectus in suis actibus dependeat a sensu patet sic. quia res intellecte non sic
separantur a magnitudine sicut sensibilia ab invicem. ideo intelligibilia que dicuntur secundum abstractionem. quia habent
abstractiones partes sensibilium intelligimus speciebus sensibilium. et ideo non sentiens non intelligit. intellectus enim
speculatur fantasmata cum re intelligibili. fantasmata enim se habent ad intellectum sicut sensibilia ad sensum excepto quod sunt sine materia
¶ Fantasia autem alterum est ab affirmatione et negatione. quia cum ista sit in compositione specierum
est verum vel falsum. quod non est in fantasia per omnia. intellectus scilicet per intellectiones intellectus simplices
quamvis idem cum fantasia tamen non sit ipsa — Premisso quod intellectus determinare de virtute motiva ostendit
Capitulum 10 quod sic incipit. Quoniam autem anima que secundum animalium est sufficientia quod ad dicendum partium seu potentiarum anime
¶ Nam anima est diffinita secundum duas potentias quibus differt animatum ab inanimato scilicet discretione per intellectum
ad intellectum et sensum. et motivo secundum locum. Desiderii que est intellectus potentia determinata est. restat ostendere
nunc de motivo quid sit. scilicet utrum una quedam pars ipsius anime separabilis ab ea subiecto aut ratione. vel tota anima.
Et si pars aliqua utrum sit aliqua propria divisa ab hiis quas consueverunt dicere partes anime. aut sit una
de consuetis dictis. Dubitatur autem consequenter quomodo et quot dicere partes anime. quod modo enim infinite videntur
infinite. non solum ille quas dicunt aliqui esse partes ipsius. scilicet rationalis irascibilis et appetitiva vel rationalem
et irrationalem ¶ Secundum enim potentias in sufficienter dividunt partes anime nam preter potentias apparent alie partes
habentes maiorem distantiam. sicut vegetativa que plantis et omnibus animalibus inest. et sensitiva quam non est facile
ponere rationalem potentiam simpliciter vel irrationalem ¶ Et sic est fantastica quam secundum esse divisa est ab aliis





potentiis anima igitur potentiis scilicet rationali irrationali et concupiscibili est eadem et a qua earum est altera dubitationem
maxime si ponantur separate ab invicem ¶ Ipsa appetitiva quam ratione et virtute altera est ab omnibus
potentiis. inconveniens est separare ab eis. nam voluntas que est quedam appetitiva reperitur in parte rationali
concupiscibilis et irascibilis que sunt appetitive reperiuntur in irrationali. et ideo si anima est rationalis. irrascibilis et concu-
piscibilis quelibet earum est appetitiva. ut sic tres sint appetitive in anima secundum tres potentias ¶ Ipsa per potentias preter
anime restat que est de qua enim de qua nunc est sermo scilicet motiva secundum locum. motus enim augmenti et decrementi
inest omnibus secundum generativam et vegetativam. De respiratione autem et expiratione sompno et vigilia que
habent multam dubitationem posterius considerandum est post — Manifestat quod motus secundum locum non est in talibus
Capitulum 11 quod sic incipit. Sed de motu per locum etc. a virtute vegetativa non a sensitiva nec a intellectiva
nec ab appetitiva prout supra ¶ Considerandum est quid est movens animal secundum locum motu processivo in
primo manifestum est quod potentia vegetativa non est causa huius. hic enim motus semper est propter aliquid ad distans apprehensum et cum
te fantasia et appetitu. nihil enim movetur secundum locum non appetens aut fugiens aliquid nisi forte per violentiam ¶ Item
plante in quibus est potentia vegetativa carent motiva motu processivo et haberent aliquas partes organicas ad
hunc motum ¶ Sed etiam patet quod sensitivum non est causa huius motus. multa enim alia habentia sensum sunt immobilia
per totam vitam. si igitur natura nihil facit frustra nec deficiat in necessariis nisi in orbatis et imperfectis. potentia autem
alia perfecta sunt et non orbata cum habeant virtutem generativam. habent et augmentum et decrementum. haberent
utique partes organicas processionis ¶ Item patet quod nec cognitiva sive intellectus non est causa motus predicti. speculativus
enim intellectus non speculatur operabile. nec dicit aliquid fugiendum vel prosequendum. motus autem processivus
semper est alicuius fugientis vel prosequentis aliquid. supposito etiam quod speculatur aliquid operabile non tamen precipit
prosequi vel fugere. multotiens enim intelligit aliquid triste vel delectabile. non iubet autem timere vel desi-
derare. sed cor movetur aliquando absque ipso intellectu. si autem delectabile cum est motum appetitus aliqua pars
accidentaliter hunc motum ¶ Preterea ipse intellectus practicus non enim processivus motus. talis enim intellectus precipiente
intellectu ad fugere aut prosequi non movet semper aliquid secundum eius determinationem sed aliquando secundum concupiscentiam. ut patet in in-
continentibus. videmus enim quod habentes regulam dictantes fugiendum vel amandum per medicinam non sanantur. quia non agunt
quod precipit ars. sed sequuntur desiderium appetitus tamquam superiori alicui potentie. et non secundum scientiam agunt id quod
intellectus practicus dictat ¶ Item patet quod appetitus per se non est causa dicti motus. abstinentes enim habent
appetitum et concupiscunt aliquid non tamen operantur vel prosequuntur illud sed potius sequuntur intellectum et dictamen rationis dic-
tantis illud non esse prosequendum — Videtur quod duo sunt moventia. Investigat quid est movens alia
Capitulum 12 quod sic incipit. Motus autem processivus omnis quod intellectus practicus et appetitus reducitur
ad rationem unius principii. sed causa motus predicti ¶ Duo videntur esse motiva processivi aliquid scilicet appe-
titus et intellectus comprehendo sub intellectu fantasiam. multa enim homines pretermisso id quod sciunt sequuntur imaginationes fantasie
fantasias et in aliis animalibus que moventur localiter non est intellectus nec ratio sed fantasia. utrumque igitur scilicet appe-
titus et intellectus motiva animalis secundum locum ¶ Non autem omnis intellectus motivus est localiter sed practicus tantum qui
ratiocinatur propter aliquid et differt a speculativo fine. quia finis huius est scire. finis autem practici est opera-
tio. Omnis enim appetitus est propter aliquid. ita quod appetibile primo est appetitus principium et intellectus practici silogizantis
et ultimum inventum ab intellectu practico est principium actionis. quare rationabiliter hec duo appetitus et in-
tellectus practicus moventia sunt. Verbi gratia si sanitas appetibile sit ab egritudine ipsa est principium practici in-
tellectus investigantis media sanitatis. et ultimum inventum ab intellectu. ut potionem bibere fuit
nati est principium a quo incipiet actio per quam sanitas acquiratur. et ita appetitus sanitatis et intellectus

practic' iq'res media sr' p'n^a moue^tia ad ⁊sequ'do sanitate; ¶ H tn duo reduc̄tur
ad vnu' p'n^le moue^s .s. appe^le mo; appetitu' tanq' p'n^m p'^m. hic e' q' i'te' p'tic'
mo; . fanta^a ⁊ q'n mo; no' mo; sn' appetitu' vnu' g' p'^m moue^s e' .s. appetib'^le
si ei h' duo i'te' ⁊ appetit' moue^t . h' fatiu't s'm co'e; sp'e; ul' ro'm . q' n' h'nt
n' i appe'^li Intellect' ei p'tic' no' mouet sn' uolu'tate q' e' q'da appetit' . oc'
ei q' s' mou'e s'm ro'm practica' mo' s'm uolu'tate' . appetit' e' mo; p't co'
⁊ cupiscia' ei ⁊ ira ro'i e' quida' appetit' . cu' g' ad p'ti'^le mouea^t appetitu'
sn' quo i'tllect' p'tic' no' mo; . o; h' duo .s. i'te'^m ⁊ appetitu' moue' s'm ⁊fort'
tem ad appetibile .— Intellect' q'de' g' omis ⁊c'. Declarat q' i'tllect' p'tic'

¶ Q^a p'^m . 13^m q' sic i'cip . ⁊ cc' p'n' sp' e' rect' . Fanta^a aut no' ⁊ q' uice su't
a po^e iq's a'^a ⁊ide' ⁊ q' appetitus fiu't ⁊t'y adiuice' i eode' ¶ Intellect'
e' practic' e' p'n rect' e' . appetit' a' ⁊ fata^a recti sr' ⁊ n' recti . q' actu' . quia
appe'^le moue^s appetitu' ⁊ fata^a aut q' e' bonu' . aut appare^s bonu' . no' ei
om'e bo'^m e' motiu' . h' actuale q' ⁊ tigit sic ⁊ alit' se h're . Ex d'cis tn' ma'^r est
ut emiolium et numerus continet alium numerum determinatum et medietatem eius. ab emi. quod est medium
et olon quod est totum. sic habet se ad subemiolium. Quo vero se habet sex ad quinque. vel secundum numeros denomi-
natos ut superparticulare ad subsuperparticulare. ad quem modum reducitur habitudo continentis ad contentum. con-
tinens enim ad contentum est tantum et plus, quodcumque sit illud plus. et ita secundum indeterminatum numerum est
habitudo continentis ad contentum. Omnia ergo predicta dicuntur ad aliquid secundum numerum et numeri passiones. Equale
vero simile et idem secundum ad aliquid dicuntur secundum unitatem. Eadem enim sunt quorum est substantia una. Similia quorum
una qualitas. Equalia vero quorum una quantitas. et quia unum reducitur ad numerum sicut eius principium et mensura
sunt. ideo et ista dicuntur ad aliquid secundum numerum. Alia vero dicuntur ad aliquid secundum potentiam activam
et passivam. ut calefactivum ad calefactibile et universaliter activum ad passivum quia unum potest in reliquum.
Dicuntur enim ad aliquid hoc modo quedam secundum actiones et passiones. ut calefaciens tamquam agens refertur
ad id quod calefit tamquam ad patiens. Differt autem hec species ab ea in qua dicuntur ad aliquid secundum numerum
quia in numeris non est ratio actionis vel motus nisi methaphorice. hic autem inest ratio actionis sicut
et potentie active. Variatur autem hec species accepta secundum potentiam per tempora. aliqua enim dicuntur ad aliquid quia
unum ipsum alio fecit et alterum factum fuit ab ipso. sic pater dicitur filii. pater quia ille genuit. ille genitus
est. Alia secundum futurum. sic factivus dicitur ad faciendum. alia secundum species. sic agens dicitur ad patiens.
Quedam etiam ad aliquid dicuntur secundum privationem potentie. ut impossibile et invisibile. Dicta ergo ad aliquid
secundum numerum et secundum potentiam sic referuntur ad invicem quod realis relatio est in utroque extremo tamen in alio
tamen. alia vero ad aliquid dicuntur sicut mensurabile ad mensuram. scibile ad scientiam. et sensibile ad sensum. in quibus
alterum dicitur ad alterum non quia reali referatur ad ipsum. sicut intelligibile dicitur ad intellectum non quia ipse se habeat
ad intellectum. sed quia intellectus intelligendo mensuratur ab intelligibili. Intellectus autem et visus
sic dicuntur ad intelligibile et visibile quod non dicuntur relative ad intelligentem et videntem. nam si
relative dicerentur ad subiecta. idem diceretur bis. in eodem esset idem relatio eiusdem rationis. visus
enim relative dicitur ad visibile et sic ad videntem. hec quidem sunt que ad aliquid dicuntur secundum se.
Quedam vero ad aliquid dicuntur quia ipsorum genus est ad aliquid. ut medicina dicitur ad aliquid quia scientia que
est genus ipsius est ad aliquid. Quedam vero quia ipsorum subiecta sunt ad aliquid. Alia vero dicuntur ad aliquid
quia eis accidit ad eorum que per se sunt ad aliquid. ut homo cui accidit duplum esse. ad aliquid dicitur
propter duplum quod accidit homini. Perfectum vero dicitur etc. Declarat quod perfectum dicitur primo cui nulla
Q. capitulum 18 quod sic incipit. pars deficit. secundo quod attingit propriam virtutem. Tertio habens finem
studiosum. Perfectum uno modo dicitur quod extra quod non accipere partem aliquam quantitatis
eius, ut perfectum tempus est extra quod non est pars aliqua ipsius temporis. Alio modo dicitur perfectum secundum vir-
tutem scilicet quod attingit ultimum de potentia alicuius generis. ut perfectus medicus et qui sic atti-
git virtutem medicine quod nihil deficit ei de ipsa. Secundum autem hunc modum transferimus
nomen perfecti ad mala et dicimus perfectum calumpniatorem et perfectum latronem qui quasi atti-
git virtutem calumpniandi et furandi. Dicimus autem tales perfectos methaphorice et non
proprie. sicut eosdem dicimus bonos. Convenienter autem perfectum dicitur ad propriam virtutem quia virtus
est quedam perfectio. et ideo unumquodque perfectum est quando nihil deficit ei de hiis que competunt sue nature.
Tertio modo dicitur perfectum cui inest finis studiosus quia omnis perfectio accipitur ex fine. Et quoniam

finis quidem est aliquid ultimum. ideo secundum hunc modum perfecti dicimus abusive aliqua esse perfecta
que sunt finita. ut perfecte corruptum vel perditum cui nihil deest corruptionis. hoc est in ul-
timo eius. et ideo mors methaphorice dicitur finis quia tam mors quam finis est ultimum. Perfectum
ergo secundum se dicitur aliquod quadrupliciter. quia in nullo deficit quod sit perfectionis nec exceditur ab
aliquo et extra ipsum nihil accipitur. Alia vero quia in proprio genere non exceditur ab aliquo illius generis.
quia extra ipsa non est perfectio pertinens ad illud. Ergo alia vero perfecta dicuntur in habitudine ad simpliciter
perfecta dicta. aut quia faciunt ipsa. aut quia habent. aut quia cognoscunt. aut aliquo alio modo re-
feruntur ad ipsa. Terminus dicitur etc. Declarat quid est terminus et quomodo se habet
Q. capitulum 19 quod sic incipit. ad principium. Terminus dicitur quod est ultimum cuiuslibet et extra quod nihil rei
accipi potest. et infra ipsum continetur quicquid est rei. Terminus dicitur quelibet species magnitudinis
terminus aliquod. ut linea est terminus superficiei vel reducibilis ad magnitudinem ut punctum est terminus
linee. Secundo hoc ad quod tendit motus. Factus est terminus ad quem et non a quo. licet quandoque terminus
dicatur de utroque scilicet a quo et ad quem. Tertio finis cuiuslibet rei est enim et ipse terminus dicitur. Quarto
substantia cuiuslibet et quidditas cuius terminus est. quia sicut terminat cognitionem rei. ita terminat quantitatem eius.
Dicitur autem totiens terminus quotiens principium. eo quod omne principium est quidam terminus sed non convertitur. non enim
omnis terminus est principium. sic terminus ad quem. Secundum quod dicitur multipliciter etc. Ostendit quot modis dicitur
Q. capitulum 19 quod sic incipit. per quod. Primum secundum quod. Tertio quot modis dicitur secundum se. et quid est dispo-
sitio. Primum quod per quod uno modo dicitur forma essentialis uniuscuiusque. ut bonitas est secundum quam est quis
bonus. Secundo subiectum in quo primo aptum natum est fieri. ut esse dicitur. vel quod ut color in superficie. Primo ergo
modo secundum quod est rei forma. Secundo autem materia et subiectum ipsius. Totiens autem dicitur secundum quod
quotiens dicitur causa. Idem enim est quare secundum quod est res. et causa est. ut secundum quod sylogizatum est et causa
enim est sillogismi. Tertio quod significat positionem. ut secundum quod stetit aut vivit significat positionem situs
aut loci. Secundum se autem multipliciter dicitur. uno quod est quidditas et diffinitio unicuique
secundum se convenit. Similiter quecumque per quidditatis secundum se insunt rei cuius est quidditas. ut animal quod est
per diffinitionis hominis inest homini secundum se. Secundo modo secundum se dicitur inesse primo subiecto est per se. ut albedo
secundum se inest superficiei. vel subiecto cuius parti primo inest. ut vivere secundum se inest homini quia per se
inest anime que est pars hominis. Tertio secundum se dicitur cuius non est alia causa esse. ut secundum se humani-
tas causa est quod homo est. Quarto secundum se dicitur quod inest soli inquantum solum et ab aliis separatum. ut secundum se
legitur aut solus et ab aliis separatus legitur. Dispositio dicitur rei habentis partes. aut secundum locum
aut secundum potentiam. aut secundum formam. nam dispositio est quedam positio sicut eius nomen ostendit.
Q. capitulum 20 quod sic incipit. Habitus vero dicitur etc. Manifestat quot modis dicitur habitus. Uno modo quod ipse
medium quod habet et habetur. Habitus uno modo dicitur medium habentis et habiti. sicut enim inter agens et
patiens est factio intermedia. ita inter habentem vestem et vestem habitam est habitus medius. Con-
tingit autem habitum habere medio. hoc aut enim habita et prohibitum aliud habentem. et ille pallium
et sic in infinitum. Secundo habitus dicitur dispositio secundum quam bene vel male ad disponitur subiectum. ut
sanitas est habitus quidam secundum se. sive ad aliud. ut virtus est habitus disponens ad operationem. Tertio dicitur habitus
pars dispositionis alicuius totius. et ideo virtus eius partis. sive potest dici habitus.
Q. capitulum 21 quod sic incipit. Passio dicitur etc. Ostendit quod passio quadrupliciter dicitur. Passio uno

modo dicitur qualitas secundum quam contingit ad alterari, ut albedo, nigredo, dulcedo, amari-
tudo, gravitas, levitas et similia. Secundo actiones et alterationes horum passiones dicuntur.
Tertio magis notius et magis existentes alterationes et actiones prave, maxime quantum passio-
nes dicuntur. Quarto magnitudines calamitatum et tristitiarum dicuntur passiones.

Capitulum 22 quod sic incipit: Privatio dicitur etc. Quadrifariam quod privatio dicitur quadrupliciter. Adiun-
gens quod toties privatio dicitur quotiens dicto privativa potest variari. Privatio
uno modo dicitur si aliquid non habet illud quod natum est habere ab aliquo ente, licet non ab ipso,
ut planta privata est oculis. Secundo quando aliquid privatur illo quod natum est habere sui ipsius
sive sui genus, ut talpa privata est visu quamvis aliter quam est genus talpe habere natum
est. Tertio quando aptum natum habere ad eo tempore, loco, modo et partes quibus aptum natum est
habere, privatur illo, ut cecus est homo privatus visu qui natus est habere in ea parte scilicet oculo
in qua natus est habere visum. Quarto privatio dicitur quelibet ablatio per violentiam facta. Negationes autem
dicuntur privationes, quotiens negationes significant predictorum privationem. Sicut est in aliquo non. Nam
inequale est quod aptum natum equari non habet equalitatem et invisibile est quod aptum natum
habere colorem non habet vel habet turpem colorem, et sine pede non habens pedes vel habens ma-
los. Semper parum habens de aliquo sic potest dici sine illo, ita potest dici privatum illo. Sicut
privatum igne dicitur quod tamen parum habet de igne, ut dicatur non igneum. Hoc autem est quarto modo
prave habere. Quinto quod non faciliter vel non bene suscipit actionem vel passionem dicitur privati-
va. Sicut dicitur cum dictione privativa, ut quod non faciliter vel non bene secatur sic dicitur insecabile,
ita dicitur privatum sectione. Sexto sic dicto privativa addit illi quod omnino non habet de re quod pri-
vatur, ita et privato dicitur quod omnino non habere, ut cecus dicitur non monoculus. Sed qui in ambobus
non habet visum, propter quod privatio habet modo supra et habitus ei opponitur, ut sic opponuntur. Ita al-
tamen necessario sit unum de quolibet, quia est dare medium inter ipsa. Sicut non omnis homo est iustus
politice habens omnem iustitiam politicam, aut iniustus vel omnino privatus iustitia
politica, sed est dare medium. Declarat quot modis dicitur habere. Habere uno modo

Capitulum 23 quod sic incipit: Habere vero dicitur etc. Dicitur ducere aliquid secundum proprium impetum aut vo-
luntatem. Sicut febris dicitur habere hominem et tyranni civitates et vestiti ves-
timentum. Secundo modo susceptivum dicitur habere id quod suscipit in eo, ut es habet formam statue et
corpus infirmitatem. Tertio habere dicitur aliquid, ut continens habet contentum. Sicut lagena humidum
et civitas homines et navis nautas et totum habet partes. Quarto prohibens aliquid moveri vel
operari propter propriam dicitur habere ipsum dicitur, ut columpne habent ponderosa superposita. Et hoc modo
quidam nobiles dicunt Atlantem habere celum ne cadat. Tot autem modis dicitur aliquid esse in aliquo
quot dicitur habere aliquid ab aliquo. Ex aliquo esse dicitur etc. Declarat quot modis dicitur esse

Capitulum 24 quod sic incipit: aliquid ex aliquo. Ex aliquo esse uno modo dicitur ut ex materia,
et hoc dupliciter: aut ex materia prima, quemadmodum omnia liquabilia dicuntur esse ex aqua, aut ex
proxima, ut statua ex ere. Secundo ex aliquo dicitur ut ex principio movente. Sicut pugna

ex convicio, hoc enim est eius principium. Tertio ut partes sunt ex toto composito per divisionem. Sicut
lapides ex domo. Et hoc dicitur ex aliquo tamquam ex specie. Forma enim totius dat esse perfectum quia
est finis generationis. Quarto dicitur aliquid esse ex composito ut homo ex bipede et sillaba ex littera. Sicut hec
pars sit forma. Sicut ad modum forme. Aliter enim est aliquid ex materia aliter ex forma. Alia non ex aliquo dicuntur
vel ex aliquibus quia sunt non ex toto sed ex parte eius vel eorum ex quibus sunt, ut puer ex pa-
tre et matre quia ex parte uxoris et non ex dotis ipsius est. Sexto modo dicitur ex aliquo quia prius
ipsum est secundum tempus, ut ex die nox quia post diem. Omnes quinque modi predicti ex aliquo
reducuntur ad duos. Quedam enim sunt ex aliquo ita quod habent transmutationem ad invicem, ut patet
in omnibus modis preter ultimum. Quedam autem ex aliquo dicuntur propter solum quod consequuntur se habet secundum
tempus, ut ex equinoctio fit navigatio quia prius equinoctium.

Capitulum 25 quod sic incipit: Pars quidem dicitur etc. Ostendit quot modis dicitur pars. Pars uno
modo dicitur aliquid in quod dividitur aliquod quantum. Id enim quod ablatum est a quanto
secundum quod quantum pars illius dicitur, ut duo sunt pars trium. Aliter autem pars quanta dicitur que mensurat suum
totum, et hoc modo duo non sunt pars trium. Secundo partes dicuntur ea in quibus dividitur forma sine quanti-
tate. Sicut species dicuntur partes generis. Tertio pars dicitur ex quibus componitur totum habens formam,
sicut es pars anuli sphere enee et angulus pars figure angularis. Quarto partes
dicuntur ea que sunt in diffinitione rei, ut genus et differentia partes speciei.

Capitulum 26 quod sic incipit: Totum dicitur etc. Diffinit quid est totum et quot modis dicitur et qualiter
se habet ad esse. Totum dicitur cuius nulla pars abest, ita quod ea ex quibus primo constituitur
totum sunt unum aliquid et contenta sunt unum. Totum hoc autem totum est dupliciter: aut enim est totum universale cuius
unaquaque pars suscipit predicationem ipsius totius. Universale enim dicitur totum, quia multa continens de quolibet uno
quoque predicatur, et in quo omnia individua sunt unum, puta aliquid totum est equus et homo, continet
enim et predicatur de ipsis et ambo sunt animalia. Aliud est totum integrale habens unitatem
ex partibus, et hoc est continuum et finitum unum aliquid esse ex pluribus que insunt ei in potentia. Si autem insunt
actu non faciunt perfectam rationem totius, ut acervus. Horum autem magis totum sunt que per naturam
quam per artem habent totalitatem. Sicut enim magis sunt unum que per naturam uniuntur quam que per artem, ita
magis sunt totum que talia per naturam, eo quod totalitas est quedam unitas. Totum autem habens
partes quarum positio non facit differentiam in ea, totum proprie dicitur omne, ut aqua de aqua proprie dicitur
omnis aqua. Totum autem cuius partes habent differentiam in positione, proprie dicitur totum, ut totus homo.
Illud autem cuius per ... positio partium facit differentiam partium vero non, ut cera et vestis, cum
positio enim partium istarum non facit differentiam quantum ad formam et figuram dicitur totum et omne. Huius
autem et numerus proprie dicuntur omne; totum autem non dicitur nisi metaphorice. Quecumque autem in uno
dicuntur omne, in pluribus dicuntur omnia, ut omnis numerus de uno et omnes numeri de pluribus dicitur.

Capitulum 27 quod sic incipit: Colobon vero dicitur. Declarat quot conditiones requiruntur ex parte
totius ut aliquid possit dici colobon, id est diminutum, et qualis debet esse pars secundum quam dicitur di-
minutum. Colobon sive diminutum non dicitur quodlibet quantum, sed id solum quod est partibile et exten-
sum, ita tamen quod ablatum et relictum non sint equalia. Unum si a duobus auferatur
unum, residuum non dicitur colobon quia est equale ei quod ablatum est ab eo. Secundo
in continuum eius quod dicitur diminutum permanet ablato illo ab eo per quod dicitur diminutum

ut si calix colobon dicatur, oportet quod ipsum remaneat nihilominus calicem; et quod ablata quacumque universaliter a toto non remaneat nisi speciei nomen. Ideo nullus numerus potest dici colobon. ¶ Tertio oportet dicere dissimilium partium esse totum quod dicitur colobon. Et ideo ignis, aqua et alia similium partium, propter hoc non dicuntur coloba. Nec sufficit dissimilitudo partium ad hoc quod totum dicatur colobon, sed oportet quod positio partium faciat differentiam in suo toto. Et quia duo, tria, ista sunt partes quaecumque quarum positio non facit differentiam, ideo quaecumque non possunt esse colobon. ¶ Quarto oportet continuum esse totum quod dicitur colobon. Quia armonia non est continua, licet sit dissimilium partium et habeat differentiam in voce, ideo non est coloba. ¶ Sicut autem non totum quodlibet totum colobon dicitur, ita nec ablatione cuiuslibet partis fit residuum esse colobon. ¶ Sexto enim oportet quod pars auferatur a toto per quam destruatur substantia rei, quod reliquum non dicitur diminutum sed destructum, ut si ab homine auferatur caput aut cor. Nec diminutio quarumcumque in quocumque loco totius reddit ipsum colobon, ut si calix perforetur, diminutus non dicitur. Oportet igitur partem per cuius ablationem totum dicitur colobon esse principalem, sed extremam vero, ut est ansa. Et talem quae non possit iterum generari per naturam. Et ideo calvi non sunt colobi, quia possunt eis renasci capilli.

Quartum capitulum 29um quod sic incipit. Genus dicitur etc. Ostendit quot modis dicitur genus. Et quae dicuntur diversa genere. ¶ Genus dicitur generatio continua eorum quae sunt eiusdem speciei, sicut dicitur genus hominum continuata generatio. ¶ Secundo per primum movens ex quo denominatur totum unum genus; genus dicitur, quemadmodum dicuntur Elegnes genere, qui ab Elegne progenitore descenderunt. Et magis genera sunt hoc modo a generante activo, ut est pater, quam a generante passivo per modum materiae, ut est mater. Quamvis interdum a matre genus denominetur, ut a Pyrrha. ¶ Tertio genus dicitur primum subiectum ad quod resolvuntur formae differentes eiusdem maneriei. Sicut superficies est genus figurarum superficialium, non ita subicitur superficies figuris superficialibus quod ad ipsum resolvuntur tamquam ad primum subiectum. Et ideo dicuntur esse eiusdem generis superficiales. Et eodem modo se habet solidum ad figuras solidas. ¶ Quarto genus dicitur quod primum est in diffinitionibus et praedicatur in eo quod quid est de diffinito. Et differentiae eius sunt eius qualitates. ¶ Genus dicitur aliud quidem continua generatio eiusdem speciei, aliud vero primum movens totius generationis, per aliud. ¶ Alia vero subiectum cuius differentiae sunt qualitates. ¶ Diversa vero genere dicuntur quorum subiectum primum diversum est ab alio, in quo unum non resolvitur in alterum nec ambo in formam, sicut materia et forma dicuntur diversa genere; quorum subiectum primum diversum est ab alio, ita quod unum non resolvitur in alterum, nec ambo in tertium. Et secundum hoc materia et forma dicuntur diversa genere. Quaecumque etiam habent diversam significationem et figuram praedicandi, sicut substantia, qualitas, quantitas et sic de aliis praedicamentis quae divisa sunt prius. Quia nullum resolvitur in alterum nec in tertium, diversa sunt genere.

Quartum capitulum 29um quod sic incipit. Falsum vero dicitur etc. Distinguit falsum in rebus a falso in oratione et in hominibus. ¶ Falsum uno modo dicitur res falsa. Et hoc dupliciter: primo per hoc quod non componuntur, tamen possunt componi, ut stantem sedere; et hoc falsum est quandoque. ¶ Secundo per impossibilitatem componi, ut dyametrum esse commensurabilem. Et hoc est semper falsum. ¶ Alio modo res falsa dicitur quae est in se aliquid ens, non tamen est tale quod apparet esse, aut non est talis qualis apparet, sicut de sceptro umbrae, et somnia sunt aliquid in se, non tamen sunt ea quae apparent esse. Ratio vero falsa est quae non est alicuius entis. ¶ Res igitur falsae dicuntur vel quia non sunt, aut quia non sunt ea quae apparent. ¶ Ratio vero falsa est quae non est alicuius entis in quantum est falsa. Unde omnis ratio falsi est alterius quam cuius est vera, ut ratio circuli falsa est de trigono. ¶ Diffinitio enim quidditativa uniuscuiusque est una, licet multae possint esse de eodem secundum

diversas partes eius ipsius. Nam aliqualiter idem est res in se et res cum sua proprietate et passione, ut homo et musicus homo. ¶ Ratio autem simpliciter falsa nullius est rationis, et ideo si alicui assignetur, falso assignabitur. Ex quo patet quod Antisthenes fatue opinatus est, scilicet quod nihil potest de alio dici nisi propria ratio eius, quae est una de uno; ex quo accidit quod nulla contradictio formari potest, et non contingit mentiri. Quod falsum apparet ex hoc quod non solum propria ratio potest dici de re, sed etiam aliae, namque falsa est de eo cuius non est ratio. ¶ Falsum autem est quod tamen unum dicatur de uno. Quod contingit vere dici de re aliquod praeter propriam rationem, sicut de octo verum est quod sunt dupla ad quatuor, etiam tamen ratio dualitatis non sit propria ipsi octo. ¶ Homo autem falsus dicitur qui promptus et electivus est talium falsarum, non propter aliud quam propter falsum dicere et eligere. ¶ Est etiam falsus homo qui factor est talium falsarum tamquam sint verae, sicut res falsas dicimus quae falsam faciunt apparentiam, ut somnia. ¶ Convenienter itaque reprehenditur dictum Platonis scriptum in libro qui dicitur Ypia, videlicet quod idem falsum in potentia et falsum in actu, quia ad ipsum sequitur quod idem sit falsum et verum. Nam quod falsum in potentia est verum in actu, et econverso. ¶ Dicit enim hominem potentem mentiri falsum esse, quod non est verum, quia sciens et prudens esset falsus homo, cum possit mentiri. Falsus autem non est cum non sit electivus nec factor orationum falsarum. ¶ Opponit etiam dicens meliorem esse eum qui voluntarie prava agit quam qui non voluntarie, et probat hoc per inductionem, scilicet quod melior claudicans voluntarie quam involuntarie. Non est verum, nec exemplum est sufficiens, quia voluntarie claudicans moraliter peior est, quia falsus est, et non bene utens naturalibus istius.

Quartum capitulum 30um quod sic incipit. Accidens dicitur etc. Ostendit quod accidens est id quod inest alicui non ex necessitate nec in pluribus sed in paucioribus, et est eius causa indeterminata, dicta causa propria per se. ¶ Accidens dicitur id quod vere inest alicui non ex necessitate, nec semper nec magis, ut fodienti fossam invenire thesaurum per accidens est, quia nec ex necessitate nec ut in pluribus aliquis fodiat thesaurum inveniet, sed in paucioribus. Et eodem modo musicum est album secundum accidens. Erit igitur accidens quando aliquid existens in alio subiecto et in alio tempore et in alio loco, non ex necessitate tamen subiecti, temporis vel loci, nec in pluribus, sed in paucioribus. ¶ Huius accidentis non est aliqua causa determinata, sed contingens, sicut accidit alicui quod veniat Eginam non ex proposito tamquam a causa determinata, sed expulsus a tempestate aut ductus a latronibus, aut a quacumque alia contingente et indeterminato principio. ¶ Dicitur etiam accidens id quod secundum se inest alicui, non tamen est eius substantiale, sed propria passio inest subiecto, ut triangulo habere duos rectos. Et tale accidens potest esse sempiternum; prius vero non, cuius ratio alibi declaratur.

Principia et causae quaeruntur entium etc. Liber 6us. Primum capitulum declarat quod primae philosophiae est quaerere causas entium in quantum entia, et quod nullius particularis scientiae est determinare de ente in quantum ens, neque de hoc quod quid est. Et quod substantia non est divinum. ¶ Principia et causae entium in quantum entia hic quaeruntur, quia sicut est aliqua causa sanitatis et convalescentiae, etc., quae quaerit medicina, quae intendit de ipsis, et geometria. Principia et causae quaeruntur in scientiis mathematicis, et universaliter omnis scientia intellectualis causas et principia est, aut certiora et evidentiora aut simpliciora, id est magis nota nobis. Ita hic quaeruntur causae et principia entium in quantum entia. ¶ Omnis autem scientia particularis circa unum quoddam genus entis, de quo determinare tractat; et de eo non ut de ente simpliciter nec in quantum ens. ¶ Nulla etiam scientia particularis considerat de eo quod quid est, sed ponit ipsum quod quid est acceptum per sensum aut per suppositionem, ex ipso demonstrat aut magis necessarie aut debilius ea quae insunt generi

neri sibi esse quod intendit. ¶ Et quoniam quid est presupponit. ideo palam est quod nec sibi neque eius quod quid est sibi est demonstratio. Sed quidam alius modus ostensionis ¶ Similiter nulla scientia dicit de suo sibi, si est aut non est, quod eiusdem rationis est de his manifestare quid est et si est.

Capitulum 2m. quod sic incipit ¶ Quoniam vero physica etc. Declarat quod physica scientia physica sit theorica non tamen considerat ens separatum a motu et materia. Similiter mathematica theorica est esse immobilium et separabilium secundum considerationem non secundum rem ¶ Quoniam scientia physica est esse determinati generis entis scilicet esse talis substantie in qua est principium motus et status in ipsa, et non in faciente. palam quod non factiva vel activa sed theorica. Aliarum factivarum principium est in faciente aut intellectus aut ars aut quedam potentia. activarum vero electio que est in agente principium est quia idem agibile et eligibile. Si ergo omnis scientia aut activa aut factiva aut theorica. relinquitur physicam esse theoricam. cum principium rerum naturalium non sit in faciente sed in ipsis. tamen est esse tale ens quod possibile est moveri et esse substantiam que ut in pluribus non est separabilis a materia ¶ Oportet eum non latere quod quiditas et diffinitio quedam dicuntur sicut dictio simum quod est conceptum cum materia. Simum enim est nasus concavus. quorundam vero diffinitio est sicut concavum quod non continet materiam sensibilem. et quod omnia physica diffiniuntur sicut simum. ut nasus oculus facies caro os et universaliter animal planta et omnes partes eius. quorum nullius ratio est sine motu et materia ¶ Manifestum est quomodo in physicis oportet querere quiditatem et diffinitionem quod cum materia. unde et physici est speculari de illa anima que sine materia non est ¶ Physicam theoricam esse patet ex his. mathematica et theorica scilicet utrum immobilium et separabilium nondum est manifestum. sed sit manifestum quod quedam mathematica scilicet geometria et arismetica speculatur immobilia et separabilia secundum considerationem.--

Capitulum 3m. quod sic incipit. Si vero est immobile aliquid etc. Declarat quod quedam scientia theorica considerat de ente separato et sempiterno quod non est physica nec mathematica. sed prior ambabus et vocatur considerans ens inquantum ens ¶ Si vero est aliquid immobile separabile et sempiternum manifestum quod theorice scientie nosse ipsum. non tamen physice neque mathematice. sed prioris ambabus ¶ Physica quidem non circa inseparabilia et mobilia intendit. neque mathematica quedam. licet quedam mathematice sint circa immobilia tamen sunt esse inseparabilia aut in materia ¶ Prima vero scientia est esse separabilia et immobilia. que necesse est esse causas sempiternas similiter nobis manifestorum et ideo prima entia ¶ Tres ergo erunt physice theorice scilicet mathematica physica et theologia ¶ Dico autem theologiam a theos quod est deus, illa que considerat ens immobile separatum et sempiternum. quod divinum est alicubi existit, maxime est existens in talibus ¶ Et honorabilissimam scientiam oportet esse circa honorabilissimum genus. quale ens est separatum. Hec autem honorabilior est aliis theoricis que sunt aliis scientiis desiderabiliores ¶ Dubitatur autem utrum physica prima sit universalis aut sit circa ad determinatum genus et unam naturam entis. ad quod dicendum est quod est [illegible] scientia non eidem modo est ipsa physica et in scientiis mathematicis. quia iste sicut [?] esse determinatum ens quod non sit comunis omni enti ¶ Si autem physica est de ente immobili et separato. quod vocatur communis est omni enti ¶ Si est alia substantia physica erit prima et sola substantia physica erit prima scientia. ita si est aliqua substantia immobilis. cum hec sit prior omni substantia. scientia que intendit de ipsa est physica prima et universalis. de est speculari de ente inquantum ens quid est et que ei insunt secundum quod ens.——

Capitulum 4m. quod sic incipit ¶ Sed quoniam ens simpliciter dictum etc. Premittit quedam divisiones de ente de quo inferius plura tractatur. et declarat quod nulla scientia speculatur



de ente secundum accidens ¶ Sed quoniam ens vel dicitur multipliciter. primo secundum se et secundum accidens. secundo ens ut verum et non ens ut falsum ¶ Tertio secundum figuras predicamentorum ut substantia quantitas qualitas et alia ¶ Quarto ens in potentia et actu. dicendum est primo de ente secundum accidens quod nulla speculatio est circa ipsum ¶ Cuius signum est quod nulla scientia sive activa sive factiva sive theorica est studiosa de ipso. nam faciens domum non simul facit ea que accidunt domui facte. Infinita enim possunt accidere. potest enim hiis esse voluptuosa vel nociva alii utilis. a quibus omnibus accidentibus est diversa et quorum nullius est causa ars edificativa. Et eodem modo geometer non speculatur quecumque accidunt figuris ut si aliud est triangulus et triangulus habens duos rectos. Et hoc accidit rationabiliter scilicet nullam scientiam speculari ens secundum accidens quod ipsum solo nomine est ens. unde et Plato non male ordinavit sophisticam esse circa non ens. quoniam rationes sophisticorum maxime sunt esse circa ens secundum accidens. sicut est musicum grammaticum et idem est coriscus et coriscus musicus. Et musicus est factus grammaticus quod sophistice sic probatur omne quod est et non semper fuit. factum est. Sed musicus est grammaticus et non semper fuit. ergo factus est et alie rationes similes sunt esse circa ens per accidens ¶ Hoc autem ens videtur propinquum non enti quod generatio et corruptio est eius quod est ens. eorum autem que secundum accidens sunt, non est generatio neque corruptio

Capitulum 4m. quod sic incipit. Accidens dicendum est etc. Ostendit que est natura entis secundum accidens et propter quid causam est. et quod eius non est scientia ¶ Causis ergo entis secundum accidens nulla speculatio scientialis sit. tamen dicendum est de ipso que est eius natura et propter quam causam est et quare scientia non est de ipso ¶ Quoniam autem entium hec semper similiter se habent et ex necessitate. non quod ex necessitate que est ex violencia agentis. sed ex necessitate inmutabilitatis quia non contingit aliter habere. alia vero non sunt ex necessitate neque semper. sed in pluribus et secundum magis. hoc est principium et causa entis secundum accidens ¶ Quod enim non est semper nec secundum magis. hoc in paucioribus dicimus esse secundum accidens ut si fuerit frigus sub cane. non autem est secundum accidens quod sub cane sit estus quia hoc est secundum magis. et hominem esse album est secundum accidens, cum sit in paucioribus. hominem autem esse animal non est per accidens quia hoc semper est ¶ Et edificatorem facere sanitatem accidit. quia hoc non est natum facere edificator sed medicus, quod accidit edificatorem esse ¶ Et coquus delectationem coniectans in labore faciet salubre alicui. sed per accidens quia non per pulmentarium ¶ Entis ergo secundum accidens ars non causa. accidentium enim que per accidens non sunt aliqua sunt causa determinate contingentium autem secundum accidens non est causa determinata sed per accidens et indeterminata et quoniam non omnia sunt et fiunt ex necessitate. Sed plura in pluribus. et secundum magis. oportet quod ens secundum magis accidens sit. non semper neque secundum magis. sed in paucioribus. ut album esse musicum. et quoniam hoc aliter contingit fieri ideo est aliquod ens secundum accidens. quoniam si non esset in pluribus quod posset deficere in paucioribus omnia essent ex necessitate ¶ Causa non semper quod accidit ad fieri in paucioribus est materia quoniam non semper evenit id quod natum est ut plurimum evenire ¶ Oportet autem supponere tamquam principium quod aliquid semper sit. sed aliquid secundum magis. quedam non preter utrumque scilicet in paucioribus et hoc secundum accidens sit ¶ Utrum autem quod est in pluribus et quod semper nullis insint aut quedam sempiterna sint posterius pertractandum ¶ Quod autem scientia non est entis secundum accidens manifestum est ¶ Omnis

ei scientia est aut eius quod est semper aut quod ut in pluribus. Oportet enim scibile tale esse ut quis possit docere discipulum. Alium docere impossibile aut oportet diffinire per semper vel ut in pluribus magis esse tale ut mellicratum utile esse febricitanti; non est doctrinalis scibile. Et hoc est accidens. Quod igitur est accidens et propter quam causam, et quia eius non est scientia, dictum est.

Capitulum 6m quod sic incipit: Quod autem sint principia et cause et cetera. Manifestat quod sunt quedam cause per accidens ad quas non ratio sed effectus. Quod sint quedam principia et cause quibus positis non necesse ponere effectus. Manifestum est. Si enim nulle cause sint tales omnia erunt ex necessitate. Effectus enim reducibiles in causam futuram que necessario reducetur in causam presentem necessariam si nulla causa est secundum accidens. Sed omnis est necessaria. Igitur iste necessario morietur infirmitate aut si exibit domum. Exibit autem si sitit. Sitiet autem si nunc comedit mordicantia, que ex necessitate morietur. Et necessitatis causa necessaria iam presens. Sic erit causa presentis necessaria, adque sequitur necessario omnes effectus de futuro ut necessario morietur infirmitate aut vi. Et necessitatis causa iam posita est, scilicet contraria esse in eodem corpore. Manifestum igitur quod reductio effectuum per accidens vadit usque ad aliquod principium quod non resolvitur ad aliud, et quod aliquod principium sequitur, et utrumque contingenter effectus non est ad ens aut generationis nulla est nec causa necessaria. Utrum autem reductio cause per accidens sit ad materiam aut ad finem vel formam vel in moventem perscrutandum erit. De ente igitur secundum accidens sufficienter determinatum est. Quod autem ut verum ens et cetera. Determinat de vero et falso quod est unum.

Capitulum 4m quod sic incipit: quoniam ipsorum et quomodo possunt intelligi et quare pretermittendum est ens secundum accidens et ens quod est verum. Et verum et falsum sunt secundum compositionem et divisionem vel contradictionem. Nam verum habet affirmationem in composito et negationem in diviso. Quando enim affirmatur esse quod est et negatur non esse quod non est vel negatur quod est. Quomodo autem contingit intelligere ambo, scilicet verum et falsum, simul aut separatim alio sermone est. Dico autem simul non eo quod consequenter sed in eodem instanti. Causa autem huius est quod verum et falsum non sunt in rebus, quasi bonum et malum, sed sunt in intellectu. Nunquam circa simplicia et quod quid est, sed circa compositionem et divisionem, de quibus postea perscrutandum est. Quoniam compositio autem et divisio in intellectu est et non in rebus, ideo ens quod est verum divisum est ab ente habente proprius quam sit quod intellectus sit substantia, qualitas, quantitas, et ideo tam ens quod est verum quam ens secundum accidens pretermittenda sunt, quia causa entis secundum accidens est indeterminata. Entis vero quod est verum causa est aliqua passio intellectus. Et ideo utrumque ens est circa ea que habent aliquam determinatam naturam entis. Propter quod pretermittendum est. Perscrutandum vero sunt cause et principia entis inquantum ens quod significat quid aut quale aut quantum aut aliquid similium sic determinavimus in quo in quo distinximus quotiens dicitur unumquodque.

Ens dicitur multipliciter. Liber 7. Capitulum primum. Probat substantiam esse ens primum ita quod ratione, notitia et tempore prius est quam entia. Et ideo de ipso speculandum est quod est. Sed divisum est in quo. Ens dicitur multipliciter. Significat enim substantiam et hoc aliquid. Aliud vero quale est aut quantum aut aliquid aliorum. Primum ens est id quod significat quid est et substantiam, et hoc propter quod quando dicimus de aliquo quale est ut bonum aut malum, aut quantum ut tricubitum, non significamus id quod est. Quando vero dicimus quid est ut hominem aut deum, significamus non quod accidens est, scilicet album vel calidum vel tricubitum, sed potius esse eius. Alia dicuntur entia eo quod sunt aut qualitates aut quantitates aut passiones aut aliquid tale substantie, tamquam entis primi.

Et quoniam substantia est maxime et primum ens, ideo dubitabit aliquis utrum accidentia in abstracto, scilicet ut est vadere, sanare, sedere, et similia, sint entia aut non. Nullum enim eorum per se aptum natum est esse, neque possibile separari a substantia. Concreta autem, sicut vadens, sedens, et sanans, magis apparent entia, quia ipsis est aliquod determinatum subiectum, scilicet substantia. Unumquodque enim accidens concretum, ut bonum, sedens, et similia, dicitur esse propter substantiam. Omnium entium primum est ratione, notitia et tempore. Tempore quidem quia nullum aliud ens separabile est a substantia; hec autem sola separabilis est ab aliis. Ratione autem quia in diffinitione cuiuslibet accidentis necesse est esse rationem substantie, et non econverso. Notitia autem prius est substantia, quia tunc putamus maxime scire unumquodque quando cognoscimus quid est et substantiam ipsius, magis quam quando cognoscimus quale aut quantum aut ubi est, nam et accidentia singulorum. Nam magis cognoscimus quando scimus quid est unumquodque ipsorum quam quando scimus aliquod accidens eius. Testificatur autem substantiam esse primum ens quod olim et nunc et semper quesitum et dubitatum est quid est substantia, quia quidam dixerunt esse unum ens, alii vero plura, et quidam finita, quidam vero infinita. Speculandum igitur a nobis est maxime et primum et ut sic dicam solum de substantia tamquam de primo ente quod est. Videtur autem substantia existere et cetera. Ostendit quod substantia sensibilis manifesta est nobis et quod per

Capitulum 2m quod sic incipit: Perscrutandum est utrum sint substantie aliquae preter sensibiles, et quomodo antiqui opinati sunt diversa de substantia. Videtur autem substantia manifestissime existere in corporibus sensibilibus, ut animalia et plantas et corporum partes, scilicet naturalia corpora ut ignem, aquam, terram, et alia, et partes ipsorum, et quecumque sunt ex ipsis, et celum et partes eius, astra, solem et lunam substantias esse dicimus. Utrum autem hee sole substantie sunt aut alie, non perscrutandum postea. Videtur et quibusdam quod termini corporis, sicut superficies, linea et punctus, magis sint substantie quam corpus et solidum. Quidam autem preter sensibilia non opinantur esse aliquas substantias. Quidam vero preter sensibilia posuit plura que dicunt esse magis entia et sempiterna, ut Plato dicens species et mathematica duas esse substantias, tertiam vero corporis sensibilium. Xenocrates vero plures substantias posuit, quarum primum supposuit unum, incipiens ab uno, et dicens quod est principium numerorum, aliud magnitudinum, et aliud anime, et sic gradatim multiplicat substantias. Quidam vero species et numeros dicunt habere eandem naturam substantie, et alias substantias consequenter habere, scilicet ut lineas, superficies, celi substantiam et sensibilia. De his quod bene aut non bene dicitur, et que sunt substantie, utrum sole sensibiles aut aliqua preter eas, et quomodo ille, et utrum aliqua separabilis, et quare et quomodo, aut nulla perscrutandum est quando determinavimus primo substantiam quid est. Dicta substantia in quiditate vel genere et subiecto consequenter

Capitulum 3m quod sic incipit: Dicitur autem substantia et cetera. Determinat substantiam que dicitur subiectum, dividens eam in materiam, formam et compositum, comparans illa adinvicem et diffiniens materiam. Dicitur autem substantia quadrupliciter, scilicet quiditas, universale et genus, et quartum subiectum. Primum secundum hoc substantia videtur esse. Subiectum vero est de quo alia et ipsum de alio non dicitur. Et quod maxime videtur significare substantiam primum determinandum est de ipso. Tale enim quodammodo dicitur materia, alio modo forma, tertio compositum ex his. Dico autem materiam sicut es, formam vero figuram, statuam autem compositum ex ambobus. Et si quidem forma prior est quam materia et magis ens, propter eandem causam prius prior erit composito ex utrisque. Nunc igitur dictum est quid est substantia typo et figuraliter, quia dicitur ipsam non dici de alio sed alia de ipso. Immanifestum et insufficiens est dictum. Videtur enim quod materia substantia est, quia preter ipsam nulla alia videtur substantia. Sublatis enim omnibus aliis, sicut sunt passiones, factiones et potentie corporum, sicut autem est latitudo, longitudo et profunditas que quantitates sunt, et non substantia, nihil videmus remanere nisi materiam que determinata fuerit ab his. Et ideo ipsa sola videtur esse substantia. Dico autem materiam que secundum se neque quid neque quantitas neque aliud.

ad est de hijs quibus ens est dictum cum sit quod dicitur de quo praedicatur. quodlibet horum et est
dictum esse ab esse unicuique praedicamentorum. alia enim entia secundum accidentia praedicantur de substantia. hic non de
materia praedicatur. et ideo ipsa est ultimum secundum se quod nec est quid neque quantitas nec aliquid ens et praedi
camentorum. nec etiam negationes ipsorum quia et iste accidunt materiae. est enim impossibile ad omnia prae
dicta. ergo videtur materia esse substantia. sed impossibile est ipsam esse magis substantiam quam formam vel compositum
quia substantia maxime videtur esse quod separabile et hoc aliquid quod magis convenit formae et composito quam materiae.
Causatam substantiam quae composita ex materia et forma nunc dimittamus quia posterior est et nobis nota est
secundum materiam autem aliqualiter manifesta est. de tertia vero scilicet forma quae maxime dubitatur perquirendum
et prius in sensibilibus substantiis quas omnes confitentur esse substantias.

Capitulum quintum quod sic incipit. Quoniam autem in principio distinximus etc. Declarat de quidditate rerum
sensibilium per quod ducitur in notitiam quidditatis intelligibilium. Concludens quod quidditas non
rei dicitur secundum se. et quod entis per accidens non est quidditas. Quoniam secundum determinavimus quot modis
dicitur substantia. quorum unus est quidditas rei speculanda est de ipsa in rebus sensibilibus. hic enim utile est
ad deveniendum in notitiam quidditatum intelligibilium quae sunt notiores naturae. hic enim modo
fit in omnibus disciplinis scilicet per magis nota nobis ad magis nota naturae. quemadmodum enim in actibus
ex bonis uniuscuiusque boni fit bonum communibus quod postea est bonum unicuique. sic cognoscentibus
nobis ex quae sunt nota naturae fiunt nobis nota. nam prius notae sunt sensibilia parum
aut nihil entis habentia et ex natura sua male noscibilia sunt. tamen ex ipsis taliter cognos
cibus noscibilibus temptandum est devenire in notitiam intelligibilium quae per naturam suam bene sunt no
scibilia. Primo ergo dicimus sicut declaratum est in logicis quod quod quid erat esse uniuscuiusque dicitur de
eo secundum se et non accidens. sicut tibi esse non est quidditas tui quia tu non secundum te es
musicum. sed non omne quod dicitur de aliquo secundum se est quidditas eius. passio enim dicitur de aliquo secundum se ut
color de superficie et tamen non est quidditas eius quia esse superficiei non est coloratum esse. Nec
quidditas rei est totum compositum ex subiecto et passione. sicut quidditas superficiei non est superficiem
coloratam quia unum istorum alteri accidit. Dico autem passionem non esse quidditatem subiecti quia
id diffinitum significat totum est quod diffinitum non est in ratione diffinientis. Passio
autem diffinitur per subiectum et ideo non potest esse in ratione ipsius. Sed si subiectum diffiniretur per
passionem tamen per differentiam. intelligitur passiones ut album et lene unum et idem esset sicut
sicut esset idem cum superficie quod diffiniretur. Consequenter non quaerit an entia composita sunt
ex naturis diversorum praedicamentorum. ut ex substantia et qualitate. quantitate quando. ubi et motu
habeant quidditatem et si aliquid est ut hominis albi est aliqua diffinitio indicans quidditatem hominis
albi cui imponamus unum nomen et vocetur vestis. Et dico quod dicitur quod entis secundum
accidens ut albi hominis non est diffinitio. sicut ipsius non est ens dictum secundum se. ens
enim non secundum se dicitur dupliciter. uno modo ex additione ad ens. sicut quando additur album
homini cui albo homo impositum est nomen vestis. et hoc non est diffinitio cum non sit ens sed
entia. Alio modo dicitur ens non secundum se ipsum quod additur ut album quod additur homini
et hoc per se non diffinitur. sed quod diffinientes album dicimus album esse addat diffinitionem ipsius
substantiam. videlicet dico albi hominis diffinitionem. Quia albo homo albus per se est non tamen ... idem est

+ musicum

quidditas hominis albi et quidditas albi per se. sicut idem est esse homini albo et vesti. impositum
est enim homini albo nomen vestis. Dubitat ergo an ei est quidditas. aut significat aliquid. aut si non significat eius non
est diffinitio. quia quidditas est id quod erat esse. quando autem aliud de alio dicitur ut album de homine non
significat hoc aliquid sed potius aliquid vel aliquem. Et quia solus substantiis in est significare aliquid id ipsarum
est proprie quidditas. sicut ipsarum proprie est diffinitio. non est diffinitio semper si nomen idem significet rationi
vel descriptioni. quia sic omnes descriptiones essent diffinitiones cum cuilibet descriptioni possit
nomen imponi. hoc enim modo hyliadis Troiana cui impositum est nomen ylias posset diffiniri. Est ergo proprie
diffinitio alicuius primi. tale vero est quod per se dicitur et non eo quod aliquid de aliquo dicatur. ipse non dicitur secundum
participationem nec secundum passionem nec ut secundum accidens. Erit utique accidentium id significantium
non diffinitio vero et quidditas non erit proprie nisi specierum substantiae.

Capitulum sextum quod sic incipit. Aut et diffinitio sicut et quod quid est etc. Probat quod accidentis est diffinitio
sicut et est quidditas. non tamen primo et simpliciter sed secundario. Et secundum quod diffinitio uno dicitur modo
sicut et quod quid est. hic enim uno modo significat substantiam. alio modo quantitatem et qualitatem et alia praedicamenta. Sic
entitas existit in omnibus praedicamentis. sed non eodem modo. quia primo substantiae. consequenter aliis. ita et quod quid est
simpliciter inest substantiae. consequenter vero aliis. qualitatem dicimus esse aliquid et id ipsum est diminute quorum quae
significat. non tamen simpliciter. sed sicut logice loquendo dicimus non ens esse non simpliciter sed esse
non ens. sic et qualitatem dicimus esse quod non simpliciter sed quod quid est qualitas. Considerandum ergo quomodo in
tendere oportet dicere esse unumquodque. ita quod non magis attribuamus ei esse quam habet nec minus.
Et ergo quod cuilibet competit quod quid est. sed ei primo et simpliciter inest substantiae. consequenter aliis. scilicet quod quid est
non simpliciter sed qualitati et quantitati et sic secundum quid. Dubia ergo et aequivoce dici nomen entium. aut
dixit amicitiam esse id quod est unum, alius aerem, alius infinitum. Ad quod dicit quod si nullum universale est substantia sicut dictum est in 7o, neque ens est substantia separata, neque unum est aliquid praeter multa, hoc praedicatum commune sit multis. Nam ens et unum vel maxime praedicantur de omnibus, non tamen sunt genera ipsorum, neque quidem substantiae separabiles ab eis. Unum ergo neque genus est neque substantia separata propter easdem causas propter quas ens neque genus est nec substantia. Adhuc autem quia ens et unum aequaliter dicuntur de omnibus, necesse est quod in omnibus sic se habeant. Sed in qualitatibus et in quantitatibus id quod est unum est aliqua natura qualis et quanta. Manifestum quod universaliter quaerendum est quid est unum, quemadmodum et quid ens in quolibet genere, tamquam natura ipsius unius per se non sit sufficiens ad rationem unius. Est ergo in coloribus aliquid quod est color unus, scilicet albus, ex quo et nigro fiunt alii colores. Nigrum vero privatio est albi sicut tenebrae privatio lucis. Si ergo entia essent colores, ipsa essent numerus colorum, et album esset unum aliquid, et substantia esset albedo et non ipsum unum. Similiter si entia essent melodiae, diesis esset aliquid unum cuius substantia esset non ipsum unum, sed diesis. Eodem modo se habet elementum vocale in entibus, si etiam essent soni, et triangulus si entia essent figurae rectae lineae. Eadem ratio est in aliis generibus. Si ergo in qualitatibus, quantitatibus et in motu entia sunt numeri et aliquod unum quod non est substantia alicuius ipsorum, necesse est similiter se habere in substantiis quod entia sit ad unum, scilicet substantia, cum in omnibus generibus sit eadem ratio. Patet ergo in omni genere est aliquid quod est unum, ita quod ipsum unum nullius est substantia. Manifestum est et quod sicut in coloribus ipsum unum quaerendum est, scilicet unum colorem. Quia vero idem significat aliqualiter unum et ens, patet primo per hoc quod assequitur aequaliter cathegorias. 2o quia non coarctatur unum sicut nec ens ad aliquod unum, ut ad quid vel ad quale, sed similiter est in omnibus. 3o per hoc quod unus homo sicut et ens homo non praedicat aliud diversum ab homine. 4o per hoc quod unicuique idem est esse et unum esse.

Capitulum 4m quod sic incipit: Opponuntur unum et multa etc. Manifestat quod unum et multa sunt privative opposita, et quod species utriusque multipliciter dicuntur, et quod differentia et diversitas non sunt idem. Unum et multa opponuntur secundum plures modos, tamen uno modo opponuntur sicut indivisibile et divisibile. Quod enim divisum est aut divisibile dicitur multitudo, quod vero indivisibile est aut non divisum dicitur unum. Et quia oppositiones dicuntur quattuor modis, unum et multitudo opponuntur secundum privationem et non secundum contradictionem, neque ut ad aliquid. Ex multitudine autem quod est divisibile omnino ipsum unum indivisibile, propter magis sensibile esse multitudinem et divisibile quam unum et indivisibile. Et quia multitudo magis sensibilis est, ideo ratione prius est indivisibile quam est unum. Unius autem sicut dictum est quattuor species sunt: idem, simile et aequale. Pluralitatis vero diversum, dissimile et inaequale. Idem vero multipliciter dicitur. Scilicet idem subiecto, quando accidens dicitur esse idem subiecto secundum numerum. Alio modo dicitur quod idem et numero est unum, sicut tu tibi forma et materia unum es. 3o modo idem dicuntur ea quorum ratio substantialis speciei est una, ut lineae aequales rectae dicuntur esse eaedem, et trianguli aequilateri, et sic plures numero dicuntur esse idem, sed in hiis ydemptitas est proprie aequalitas. Similia vero dicuntur non quae sunt eadem secundum substantiam subiectam, sed quae secundum speciem sic sunt eadem quod aliquam habent similem qualitatem, ut maior et minor triangulus et inaequales lineae tamen rectae. Haec siquidem sic sunt similes quod simpliciter non sunt eaedem. 2o vero dicuntur similia si participant aliquam passionem communem quae tamen sit participabilis secundum magis et minus. 3o si participant passionem eiusdem speciei per magis et minus, ut valde album et minus album. Alia si plura habent eadem quam diversa vel simpliciter vel in promptu, ut stagnum argento est simile. Contrarium ergo idem et simile multipliciter dicitur, maius est quod diversum et dissimile dicitur multipliciter. Diversum enim uno modo est oppositum eidem, et enim diversum ab aliquo quod non est idem subiecto. Alio modo est diversum ab aliquo id cuius materia non est eadem, licet ratio speciei ipsorum sit una, sicut et tu et proximus tibi diversi estis. 3o diversum est specie differens, ut in mathematicis triangulus et quadrangulus. Omne ergo ens comparatum dicitur aut idem aut diversum

q aptū natū ē q̄ h̄ eis aut̄ enti eē vnū . aut n̄ vnū . nō tn̄ uificatur
de nō entib; id ē . a aut nō idē . q̄ ɔ̄dcōne opponunt. Differētia uō ⁊ diuersitas
ad se . nā diuisū nō ē nēce eē diuisū a q°. q. cū semp̄ p̄sit ab a°. eē diuisū . q̄ omne
ens ad a° cōpatū . a idē ē . a diuisū. Differēs uō ab a° nō differt semp̄ . s̄ per
ad sui . ⁊ iō in differētib; nēce ē ad eē quo differat . h̄ aut ē g° ⁊ spēs . q̄ua
omne differēs differt aut gnē . sic ea quoꝝ nō ē ɔ̄s m̄ . a adinuicē gnō . ut ē
ea q̄ ē alia fig° p̄dictⁱ aut spē . ut ē ea q̄ ē idē ge⁹ ɔ̄ i quo ɔ̄ut ⁊ differt
p̄m differētias sbaꝛ. Contraria aut̄ se adinuicē d̄r ⁊ ɔ̄rietas ē d̄r . qdā . q p; ex induc
tōe . oīa eī ɔ̄ria . sic vnū differēt q̄ ɔ̄ut i eodē gnē. Eadē eī ē diuisa gn° q̄dā
diuisa in eodē gnē . ⁊ h̄ sūt d̄r spē . q̄ua ē ɔ̄ria. Queda diuisa i eadē specie
⁊ h̄ sūt diuisa nūo. Determinatū aut albi q̄ sīt g° eadē aut diuisa.

Capitulum 6. q̄ sic īapit q̄m aut differēcie ɔ̄tigit ⁊c̄. Ostēdit q ɔ̄rietas q̄ ē max
⁊ pfectā dr̄ia ex qua ɔ̄ uificant differēs ɔ̄rioꝝ . q̄m aut ɔ̄tigit differre ab
inuicē aliq̄ plus aliq̄ mi⁹ . nēce ē eē aliq̄ maxiam dr̄iam . ⁊ hāc uoco ɔ̄rie
tatē . q̄ eē maxa dr̄iam p; sic. Ea que differūt gnē nō h̄t inuicem via
i q̄ vnū fiat ex a° s; distant ī singlib; . gnōnes uō fiūt ex ultimis ɔ̄riis i
spē differētib; quoꝝ ē maxia distancia . ⁊ iō ɔ̄rioꝝ differētia maxia ē. Est ā
ɔ̄rioꝝ d̄r p̄fcā . q maxm i q̄l; gnē pfcm ē . maxm eī ē cui⁹ nō ē excessus. Pfcm
aut ē ex q nō pōt ad sumē . ⁊ iō pfcā d̄r cū sit finalis excedi non
pt . sic̄ ⁊ alia dr̄ p̄fcā . q̄m h̄t finē ex q̄ n̄ ē cū sit vltimū rei ɔ̄tinēs quid
q̄ ē ē ip̄ q n̄ ē ex ip̄m n̄ eget a° id q pfcm. Contrarietas itaq; ē p̄fcā dr̄ia
que ī ī ē ɔ̄riis sic īē eis n̄ ɔ̄rietatis. Ex d̄cis p; q nō ɔ̄tigit plā eē ɔ̄ria vni
nō eī ɔ̄tigit aliq̄ alī eē alti⁹ vltio n̄ ɔ̄tigit vni⁹ distancie eē plā q̄ duo.
Cap̄ ɔ̄rietas ē dr̄ia pfcā ⁊ vltiā . q̄ n̄ p° n̄ duoꝝ. Ex aut̄ au ē at alios t'nos
ɔ̄rioꝝ uōs eē p̄ diffōm p̄decām . ɔ̄ria eī sūt q̄ꝝ ē d̄ p̄fcā . h̄ aut ē q plimū
differūt . talia uō sūt d̄r spē ieodē gnē. Hec ē eī q coꝝ q̄ sūt diusoꝝ ge
neꝝ . nō ē d̄r . dr̄iaꝝ differētiū g° spē i eodē genē maxiā ē d̄r . ⁊ iō sīa ē diffō q̄ d̄r
q ɔ̄ria sē q̄ i eodē gnē plim differūt . q ɔ̄rioꝝ d̄r pfcā ē . ⁊ iō max. Et ēē
q ɔ̄ria sē quoꝝ sba eadē pō ē max° d̄r. Bona eī scīa eē vnū ge⁹ ɔ̄sidat ea
in q̄l; pfcā ⁊ max° d° ē q̄a sūt ɔ̄ria. Declat q ī oī ɔ̄rietate saluat a°

Capitulum 8 q̄ sic īapit. p̄ma uō ɔ̄rietas ⁊c̄. mō opposito p̄uatio. Quo uō ɔ̄ri
etas ē ⁊ p̄uo h̄it ⁊ p̄uō . nō tn̄ oīs p̄uō . s; pfcā nā p̄uō m d̄r. Cum
g° h̄it ⁊ p̄uō sūt p̄ma ɔ̄ria sīm istā q̄ qd p h̄re . a uō p̄ fcīe . aut fētua . ē
alia uō p eē acceptōis . uł abiectōes p̄moꝝ ɔ̄rioꝝ. Et q̄ opponūt ɔ̄dictō
p̄uatō ɔ̄rietas . ⁊ ad ad. Quoꝝ p̄m ē ɔ̄dictō . ē n̄ ē mediū ɔ̄rioꝝ aute
ɔ̄tigit eē mediū . n̄m ē q n̄ id ɔ̄dictō ⁊ ɔ̄rietas. Priuō qdā ē ɔ̄dictō . nā
p̄uatū ē . aut q tolle n̄ h̄ id q° d̄r eē p̄uatū . a si aptū h̄re ī n̄ h̄at . ut
d̄c ē . i . h°. ē g° p̄uō ɔ̄dictō aut ip̄o d̄iata . a ɔ̄cepta cū sbo. Ex h̄ q ɔ̄dictō
nis n̄ pt eē me⁹ . p̄uōis aut alic⁹ pt eē me⁹ p p negōēs extremoꝝ

⁊ iō de oīn̄ uificat eq̄le . aut nō equale ɔ̄dcōie . nō tn̄ uificat de
quol; eq̄le aut ī eq̄le p̄uatie s; d̄ solo susceptiuo eq̄litatis. Si itaq;
gnōnes fiūt ī m ex h̄is ɔ̄riis . ī q̄m vnū h̄; rōm forme ⁊ h̄it⁹ . a uō p̄uōis
forme . palā q oīs ɔ̄rietas ē queda p̄uō . s; nō oīs p̄uō sit ɔ̄rietas . q mlta
plī ɔ̄tigit si p̄uōm . ɔ̄ria g° sē ea ex q̄b; taq̄ extinis fiūt p̄mutatōes . ⁊
h̄ sūt velud h̄it⁹ ⁊ p̄uō i eodē genē . ut alb̄m ⁊ niḡm i colorē . q p; inductōm
in oī̄ ɔ̄rie . vnū ɔ̄rioꝝ h̄; p̄uōm alti⁹ ut inequalitas equalitatis dissilitudo
silitudis ⁊ malicia v̄tutis. Differt aut p̄uō sic d̄cm a p̄uōe . q qdā p̄uatū
d̄r soluū si nō h̄; ad . a uō si n̄ h̄; id q n̄ h̄; aptū natū ē h̄re . ⁊ q̄n ⁊ ī quo
aptū natū ē h̄re i d q p̄ h̄it ⁊ p̄uōis . ṡo mō dēe ṡ q̄n . a ī quo ɔ̄tigit eē me⁹
p negōm vtiusq; sic̄ med⁹ ē neq; bon⁹ neq; malus . ciuil' ē bonū ⁊ ma
lū ciuile. Aliorꝝ aut p̄uatiē oppositoꝝ quoꝝ ē d̄tiatū sīm alī ē mediū
vt paris ⁊ imparis nūi. Ex qdā p̄uatia h̄it d̄iatū . qdā n̄ ⁊ tn̄ ī utq;
vnū ē p̄uō alti⁹ . q̄ ē nā ɔ̄rioꝝ . p̄ q altm ɔ̄rioꝝ semp d̄r sīm p̄uōꝝ. Ex
sufficat ad h̄ pbād s; p° ⁊ gnā ɔ̄rioꝝ ṡ . vnū ⁊ mlta talia sē q vnū ip̄oꝝ
ē p̄uō alti⁹ cū alia ɔ̄ria ad h̄ reducāt.

Capitulum 9 q̄ sic īap. Qm aut vnū vni ɔ̄riū ē ⁊c̄. Inuestigat quō vnū
oppoī mltis ⁊ eq̄le magno ⁊ p̄uo . Supposito q vnū vni tm̄ ɔ̄riū sit
⁊ ondit q eq̄le oppoit magno ⁊ p̄uo . n̄ ɔ̄rie . s; sic p̄uō negatiua. Qm
vnū vni ɔ̄riū ē. Dubitat q̄lr oppoi vnū mltis . ⁊ eq̄le magno ⁊ p̄uo . q
eī h̄ duo eq̄lī opponāt p; q s̄p utim h̄ac dictōe vtrm ī oppositis . vt vtrm hoc
sit albm a nigrm q̄ s ɔ̄ria . ⁊ vtrū albū a nō albū que sūt ɔ̄dictoria. Vtrū
aut h̄ sit albū aut hō nō q̄rim⁹ n̄ supponēdo aliq̄ oppositoꝝ inter ip̄a.
Sic eī q̄rim⁹ vtrm uenit cleon aut socrates supponim⁹ q nō ɔ̄tigit eos
sil' venire . ⁊ oppositōm aliq̄ i eē ī veniendo . q opposita sola nō ɔ̄tigit sil' ex
istē . s; eī sil' venire pōt r̄ndictio ta ē ī interrogatō . s; uō hōc ē incidūt ī op
positoꝝ q h̄; mlta . vnū . ut sit q° vtrū ambo venerūt a alter. Si g°
ī interrogō ip̄i⁹ vtrm s̄p sit ī oppositis. Querim⁹ aut vtrm mai⁹ a mi⁹ . aut
eq̄le aliq̄ oppō ē eq̄l' ad mai⁹ ⁊ mi⁹. Non eī alti soli nec ambob; ɔ̄uēti
s; ambob; sīlim oppō p̄ eq̄le ɔ̄riū ē ī eq̄li q saluat̄ tā ī miori q ī mai°
q̄r ambob; eq̄le ē oppōm ⁊ h̄ iō iuuat pictagoricos dn̄tes ī equale eē du
alitatē. Si ā eq̄le oppōm ē ambobus accit vnū duob; eē ɔ̄riū q ē ipo°.
Cū p° eq̄le mediū vr̄ eē magni ⁊ p̄ui . nō aut ē ɔ̄rietas inter media et
extma q p; ex diffōne que ē max° ⁊ pfcā d̄r ⁊ h̄ nō ē medii ad extmū ad.
h̄it g° ɔ̄ria me⁹ n̄ tn̄ medii ad extmū eē ɔ̄rietas. Restat g° equale op
poni magno ⁊ p̄uo ⁊ n̄ tm alti ip̄oꝝ . aut negatie a p̄uatie. Dico
aut nō alti tm . q n̄ mag̃ magni q̄ p̄ui . s; amboꝝ ē p̄uō negō p̄uati
⁊ iō d° amboꝝ ⁊ nō alti⁹ tm d̄r vtrm vt utrm eq̄le a mag̃ aut mi⁹ ⁊
nō vtrm eq̄le aut mai⁹ ī n̄ vtm eq̄le aut mi⁹ . s; s̄p tria. Nō eī aut eq̄le

negro simpliciter maioris aut minoris. Sed in quibusdam aptum natum est hoc esse aut paruum
aut magnum est ei equale quod nec magnum nec paruum est, tamen aptum natum est esse aut paruum
uel magnum. aut opponitur in ambobus ut negatio priuatiua et est medium inter ea sicut
quod neque malum neque bonum medium est et opponitur malo et bono sed innominatum. Commedium enim
multipliciter dicitur uno modo quod sic remouet extrema quod non aspicit determinatum subiectum sicut neque
album neque nigrum medium est albi et nigri et tale medium non est unum tantum sed colores determinati
ut pallidum aut rubeum aut aliquis medius color in quo quidem saluatur priuatiua negatio
albi et nigri. Et hoc recte opinantur dicentes in omnibus esse medium per negationem extre-
morum ut calidi et mani? medium sit quod neque calidum neque mani? sicut boni et mali
medium est quod neque bonum neque malum. Non enim est necesse hoc accidere in omnibus sed in illis solum
quorum est eadem medium determinatum aliquid natum est esse. Multorum autem non est una distantia
ut illorum quae sunt in diuersis generibus et quorum negationes non sunt in infinita una natura uel unum subiectum.

Quaestio 9 quae sic incipit. Similiter autem et de uno et multis etc. Determinat quomodo unum opponatur
multis sicut mensuratum mensurato accipiendo multitudinem non prout dicit excedentiam sed quanti-
tatem discretam. Similiter dubitatur de uno et multis. Nam si unum multa uni opponuntur acci-
dunt duo impossibilia. Primum quod unum erit idem quod paucum aut pauca. multa enim paucis opponuntur.
Secundum duo sunt multa duplex quod a duobus dicitur est multiplex. Sed duo non sunt multa respectu unius quo nihil
est minus, ergo unum est paucum. Tertium impossibile erit quod unum erit multa. sicut enim longum pro-
ductum est et breue habent naturam longi sicut in multitudine multum et paucum habent naturam multitudinis
ita quod quod multum est quaedam multa nisi forte in continuo bene terminabili. paucum igitur est quaedam
multitudo. quare si unum est paucum quod necesse est idem esse, si duo sunt multa, ipsum unum est quaedam multi-
tudo. Dico autem in continuo bene terminabili differre multum a multis quia forte non omne multum
est multa. patet quod in continuis bene terminabilibus sicut est aer et aqua in quibus differt multum a multis
quod unum ipsorum sic dicitur multum quod non dicitur multa. Pluraliter abusiue dicuntur multa. Ideo
est igitur quod multitudo dicitur uno modo habens excedentiam aut simpliciter sicut est multitudo finita aut
respectu paucorum sicut mille respectu duorum et pauciores uno modo deficientiam habentes. Alio modo dicitur
multitudo quae absolute ut est omnis numerus et talis opponitur solum uni ita quod sic dicimus unum
et multa. Sicut diceremus unum et una pluralia ut album et alba et mensurata et mensura. unum
quodque enim numerus in unus quia in eo sunt multa cum sit multitudo mensurata uno et multitudo uni
opponitur ut mensurae et non ut pauco et sic non ipsa duo sunt multa quia duo non sunt multa prout
multitudo est quaedam pluralitas habens excedentiam uel simpliciter uel ad aliquid sed sunt primum paucum cum sit
sit prima multitudo habens defectum. Et quoniam duo habent rationem primae paucitatis infinita quod non est pau-
citas. Ideo Anaxagoras cum prius dixisset quod omnes res simul erant ad inuicem paucitate (?) quod sunt
infinito multitudine et priuatiue non recte mutauit dicendo per paruitate paucitatem
quoniam nulla paucitas esse infinita, cum prius sit non paucum sit non unum sed duo. Opponitur
ita quod unum multis relatiue ut metrum mensurabili. quae sunt ad aliquid non secundum se dicuntur ...
in genere ad aliquid quaedam dicuntur ad aliquid quod utrumque refertur ad unum alterum alia uero quod alterum tantum refertur ad
alterum ut scientia ad scibile et haec non proprie sunt ad aliquid sed quia alterum tantum refertur quia sunt unum
et multa. Ideo est igitur unum paucum ut prius dicebatur sed enim unum sit minus alio quam pluralia
duobus non tamen sequitur si minus ergo paucum. Quod autem dicitur est quod numerus est multitudo quaedam






cum ipsa sit genus numeri. Est enim numerus multitudo mensurata uno et opponuntur aliqualiter unum
et numerus non contrarie sed relatiue in quantum unum est mensura et numerus est mensurabile. Et ideo non omne unum
est numerus puta id quod est indiuisibile cum non sit aliqua multitudo. Aliquibus autem scientia non assignatur
ad scibile sicut mensurabile ad mensuram. Sed potius uidetur eis scientiam esse mensuram. Scibile uero mensu-
ratum. Sed cum necesse sit scibile esse si est scientia, scientiam uero esse non est necesse si scibile est, non quaedam
scientia mensurat scibile. Multitudo autem quae mensuratur uno non est contraria pauco sed ei sit contrarium multum
quod dicitur per excedentiam sicut excedens multitudo contraria est excellente multitudini. Sed ipsi uno opponitur
multitudo sicut diuisibile indiuisibili et mensurabile mensurae.

Quaestio 10 quae sic incipit. Quoniam autem contrariorum contingit medium esse ad aliquid. Probat quod media contrariorum
sunt ex contrariis primo quod sunt in eodem genere cum ipsis et sunt media ipsorum. Quoniam autem contingit esse
medium contrariorum et quaedam est necesse media ex contrariis esse. Omnia enim media et quorum sunt media in
eodem genere sunt. nam media dicimus in quae prius necesse est permutari quod permutatur ab extremo
ad extremum ut si in coloribus permutatio fit ex albo in nigrum prius ueniet ad permixtum et puniceum(?)
uel quod ad nigrum. permutari uero non contingit ex alio genere in aliud genus ut ex colore in figuram nisi secundum
accidens. ergo extrema et media in eodem sunt genere. At uero omnia media sunt quorundam
oppositorum quod patet quia permutatio secundum se est solum ex oppositis. cum ergo in permutatione prius
ueniatur ad medium quam ad extremum impossibile est medium esse non oppositorum esset enim permutatio non ex
oppositis. Oppositorum autem contradictoriae non est medium. haec enim est contradictio oppositio non habens medium
secundum alteram partem cuius de necessitate est de quocumque. Oppositorum autem relatiue non omnium est medium
ut eorum quae contraria non sunt sicut scibile et scientia quia non sunt in eodem genere. Relinquitur ergo media esse
oppositorum contrariae aut priuatiue sicut equale medium est magni et parui. Quoniam ergo media sunt in eodem
genere et in his contrariorum necesse est ipsa componi ex his contrariis. Contrariorum enim et mediorum aut est aliquod genus
aut nullum et si aliquod est genus ipsorum oportet ad prius esse contraria per quae constituuntur sub genere haec autem
sunt differentiae contrariae priores constituentes species generis ex genere enim et differentiis sunt species
ut si album et nigrum contraria sunt et album est color disgregatiuus nigrum uero congregatiuus congre-
gatiuum et disgregatiuum sunt differentiae adinuicem contrariae et priores ac magis contrariae albo et nigro
ex quibus sunt album et nigrum. Media ergo oportet esse ex genere et differentiis ut colores medios
albi et nigri oportet esse ex genere quod est color et ex quibusdam differentiis non quidem ex primis sed congre-
gatiuo et disgregatiuo quae extrema sunt album et nigrum. Aliquibus diuisi sunt medii sunt
sunt contrariae ... et disgregatiuum et congregatiuum sunt prius contrariae albo et nigro sunt prima contraria. Inueniendum
est ergo ex quibus constat medium contrariorum cum sit in eodem genere et quod necesse est ea quae sunt in eodem genere
aut incomposita aut esse composita ex incompositis. Contraria autem contraria in composita sunt
cum ex inuicem non fiant. sed hoc sit primum ex quibus alia media fiant. et in quantum prius est continu-
tatiuo quod inuenta. Recte quam hoc quidem magis illius uero minus oportuit esse illius quod
dicitur esse. huius quidem magis illius uero minus et medium est ipsorum. tamen autem sunt media contrariorum
et ideo composita sunt ex ipsis et quae non sunt alia priora eiusdem generis quam contraria. ideo omnia
inferiora contraria et media sunt ex primis contrariis sunt. Quod ergo media contraria in eodem genere
sunt genere et media sunt contrariorum atque ex ipsis componuntur manifestum est.

Capitulum 11m quod sic incipit. Diversum autem specie etc. Declarat quod diversa specie sunt que sub eodem genere continentur quod dividitur in eis primo. Subiungens quod contrarietas est differentia specierum et quod est idem specie et non idem. Diversum specie ad quod diversum in species quod in est speciebus in quas dividitur ut si alterum diversum sit in duabus speciebus ambo dividentia sunt alia et ideo necesse est diversa specie esse in eodem genere. Tale enim voco genus quod multe species dicuntur esse unum huius differentiam in eis non secundum se non secundum accidens. Sive ipsum fit ut materia sive non. Non enim oportet ipsum genus esse solum quod comune in speciebus sed est diversificatum in eis ut alterum non solum oportet esse commune equus et homini sed est diversum specie in speciebus. Ita quod equus sit tale alterum homo vero diversum specie ab eo. Hanc ergo differentiam necesse est esse diversitatem generis quod scilicet diversum facit ipsum genus in differentibus specie. Contrarietas igitur est differentia specierum quod probat inductione quia omnia contraria dividuntur oppositis differentiis ex quibus constituuntur diverse species sub eodem genere. Propter ostensum est quod contraria in eodem sunt genere quia contrarietas est differentia perfecta. Omnis autem differentia specifica est perfecta dubitatio in alterum quare que est idem et genus amborum. Et ideo omnia contraria sunt specie diversa in eodem et maxime ab invicem diversa. Et patet etiam differentia non est eorum que simul sunt una ratio et quod contrarietas est differentia perfecta. Ideo contraria sunt diversa specie et idem. Hec enim sunt contraria que sub eodem existentia habent contrarietatem et enim individua et indivisibilia in eadem specie eius sicut albedo est individualis et albedines differentes specie eadem vero specie sunt que cumque individua existentia non habent contrarietatem quia contrarietas fuit in eodem extremorum et mediorum antequam perveniatur ad individua diversa solum numero ut contrarietas fuit in colore quam color dividitur in album nigrum et medios colores antequam deveniatur ad album individuum. Manifestum igitur quod genus comparatum ad species non est diversum specie ab eis sed potius ad quod ipsarum. Causa non manifestatur remotione differentiarum sicut materia omnium negatione formarum. Genus enim quod ponitur que continet differentias et species est ut materia que est ipsorum ad formam. Dico autem genus non hominis ut ex dictorum sed genus. Ab hiis ergo que non sunt in eodem genere non differt ipsum genere specie sed potius genere quia differentia specierum est eorum que in eodem genere sunt. Contrarietas autem enim est differentia specifica quod ipsum non differt specie cum hoc sit ipsum specierum existentium in eodem genere.

Capitulum 12m quod sic incipit. Dubitabit autem utique aliquis etc. Ostendit quod non omnis contrarietas facit differentiam specierum sed illa sola que est in ratione forme et non illa que est ex parte materie ut femininum et masculinum. ~~Dubitabit autem aliquis~~ quare femina animal specie non differt cum masculinum et femininum contraria sint et contrarietas sit differentia specierum. Masculinum enim et femininum animalis esse differentias secundum se et non per accidens sicut albedo et nigredo. Est hoc dubium idem est cum eo quod dubitatur quare aliqua contraria ut ambulativum et volativum faciunt diversa specie sed alia aliqua vero non ut albedo et nigredo. Ad hanc dubitationem dicendum quod quedam sunt proprie passiones generis prout concipitur cum materia et tales non faciunt differentias specierum generis enim secundum formam et rationem eius quia contrarietates faciunt differentiam specierum sub ipso ut rationale et irrationale sub animali. Quedam vero sunt passiones generis prout concipitur cum materia et tales non faciunt differentiam specierum sub ipso sicut albedo et nigredo non faciunt diversa specie sub homine. Homo enim albus ab homine nigro non differt specie etiam si imponatur unum nomen utrique quia contrarius in eis sunt diverse carnes et ossa tamen sunt talis scilicet humanitas non est in eis specie diversum cum in ratione non sit contrarietas. Albus enim homo est quodam homo et hic est ultimum individuum ut Callias. Cum formam est cum materia. Homo itaque albus quia Callias secundum accidens est albus quia albedo est per accidens in materia. Eris circulus non differt specie a triangulo ligneo propter materiam scilicet es et lignum sed quia in ratione est contrarietas. Materia autem in aliquibus faciat diversa specie dubitatur. Hic enim equus ab hoc homine differt specie et tamen rationes ipsorum sunt cum materia. Sed dicendum est quod in talibus non est differentia specierum propter materiam sed quia in ratione est et quia in ratione est contrarietas. Nam hominis albi et equi nigri diversitas est in specie quia hic albus et ille niger quoniam si ambo albi essent adhuc specie differrent sed propter diversitatem rationis et forme. Masculus autem et femina sunt proprie passiones animalis non ex parte forme sed ex parte materie et corporis. Ideo enim sperma aliud fit femina sive aliud fit masculus patiens aliam et aliam passionem. Quod igitur diversum specie et quare alia differunt specie alia non dictum est.

Capitulum 13m quod sic incipit. Quoniam vero contraria diversa specie etc. Declarat quod hec contraria specie differant tamen corruptibile et incorruptibile que universaliter contraria dicuntur genere. Quoniam autem contraria dicuntur specie et specie. Dubitatur quomodo corruptibile et incorruptibile sint contraria tamen differant genere. Quod autem sint contraria patet quia unum est privatio alterius privatio determinata. Propter universaliter cum omnium dicitur quod non necesse quod autem specie differant corruptibile et incorruptibile sicut non alia contraria ut album. Idem enim est specie universaliter vel accepturum ut homo potest esse album et nigrum album prius nigrum posterius. Per Calliam. Idem quod singulare diversis temporibus potest esse album et nigrum que contraria igitur non propter hoc differunt specie ac propter hoc nec corruptibile et incorruptibile erunt diversa specie. Sed sciendum quod contrariorum quedam insunt quibusdam secundum accidens ut album et nigrum. Quedam autem insunt secundum se et impossibile est ea inesse secundum accidens ut corruptibile et incorruptibile. Nam enim est corruptibile secundum accidens quia contingit ipsum non corrumpi cum tamen corruptibilitas insit ei corruptibilitas. Si enim posset non corrumpi contingeret idem esse corruptibile et incorruptibile. Necesse igitur est aut substantiam rei corruptibilis esse corruptibilitatem aut substantia eius inesse corruptibilitatem. Et eadem ratio est de incorruptibili cum ambo insint eis tamen universaliter generaliter. Et ideo universaliter habet oppositionem ad aliud secundum se propter quod necesse est ea esse genere diversa. Ex hiis autem manifestum est quod non contingit species esse quales ponunt dicentes. Contingeret enim quod hic homo sensibilis esset corruptibilis et hic homo separatus incorruptibilis cum tamen ponant dicant eadem specie et ratione. Non enim equivoce corruptibile autem et incorruptibile differunt genere quod est plus differre quam specie solum.


Libri 11mi quod sic incipit. Quod quidem sapientia est principiorum scientia etc. Capitulum primum. Questiones quas movet in 3o recapitulat cum argumentis ad utramque partem. Quod quidem sapientia principiorum scientia est manifestum est ex aliis que principaliter dubitata sunt ab aliis in libro primo et 3o. Dubitabit autem quod utrum oportet primam sapientiam estimare esse unam scientiam aut multas. Et videtur enim una esse quia una scientia est contrariorum principia autem de quibus est sapientia non sunt contraria nec potest esse multe quia erunt equales. Scientie autem tales non sunt equales scientie. Iterum dubitatur utrum unius scientie aut plurium sit speculari principia demonstrationis. Si enim unius scientie quare magis huius quam physice quam cuiuslibet alterius est ipsa speculari. Si autem plurium dubium est quales iste sint. Utrum harum duarum dubitationum est quod oportet estimare veram primam sapientiam que est et prima principia entis in quantum ens quia veritatibus non ex veritate principiorum. Sed ex veritate scilicet entis in quantum entis. Et quia principia demonstrationis omnium existentie et non entis ideo eiusdem est considerare de eis principiis et non alterius quod querebat 2a dubitatio. Capitulum 3o dubitatur utrum omnium substantiarum sit una scientia an non. Si quidem non omnium

est una difficile est assignare quia substantia sit una et quia non. Si autem non una est omnium
non potest quomodo contingit plures esse eandem scientiam. Veritas huius dubitationis est quod omnium substantiarum est una
scientia prout habent analogiam ad primam. Quarto dubitat utrum demonstrativa est solum circa substantias
et sic non videtur eadem scientia esse circa utrasque. Si autem altera est circa substantias et accidentia dubitatur
quorum utraque sapientia. Non demonstrativa que est circa accidentia est illa sapientia que est circa primas substantias. Veritas
huius est quod eadem sapientia que est circa substantias considerando eas per se, que est circa accidentia que per demonstrationem
Sexta dubitatio est quod prima philosophia hec quia non videtur ponenda circa causas dictas in physicis non
enim est circa quod gratia cuius tale sit bonum quod est in operabilibus existentibus in motu, hoc enim primum
movet cum sit finis. Primum autem movens non in immobilibus de quibus scientia quia considerat causas primas
dictas non quasi secundum quod competit enti mobili ut motivale est sed secundum quod convenit enti inquantum ens. Decimo
dubitatur utrum hec scientia sit substantias sensibiles tantum aut circa alias. Si enim circa alias aut circa ydeas aut
circa mathematicas non circa ydeas cum ipse non sint et si quis ponat ipsas esse dubitabile propter quid non sit
in mathematicis est ponere substantiam aliquam sensibilem et ydeam eius et inter media mediam mathematicam. Secundo
tertium praeter species et sensibiles ut linea sensibilis ydealis et mathematica et in aliis non sit est quasi et ydealis
praeter hominem sensibilem et ydealem non est aliquis homo nec praeter singulare equum et mathematicus praeter equum non est talis.
Si autem mathematica non sint separata non est assignare circa quia negotiatur mathematicus cum nullum sensibile
non sit tale quale mathematice scientie querunt. Si autem sit separata circa ipsa non est quia hec scientia cum
nullum ipsorum sit separabile secundum rem nec est secundum rationem sensibilium tamen sit eorum principales. Veritas
huius est quod prima philosophia principaliter est circa substantiam separatam realiter per se existentem non primo in ydeis et de aliis
subiectis secundum quod habent attributionem ad primam. Duodecimo dubitat cuius scientie est determinare de mathematicis
materia. Non enim hoc pertinet ad physicam quia circa negotium naturale est circa habentia in se principium
motus et quietis. Mathematica autem sunt abstracta a motu nec pertinet ad mathematicam
que est demonstrativa que circa substantiam suum facit inquisitionem de principiis eius. Ipsa autem substantia non considerat sed
supponit. Relinquitur ergo prima philosophia considerationem facere de hiis circa que sunt mathematice. Pur re
ducuntur ad ens vel ad cathegoriam entis et hec est veritas. Tercio dubitat utrum substantiam
scientiam oportet esse circa principia que vocantur ab aliquibus elementa. Videtur quod sic, dum talia sint principia intrinse
ca compositorum. Unumquodque autem scitur per sua principia intrinseca. Magis autem videtur quia scientia esse
universalium cum omnis ratio et scientia universalium sit et non extremorum et singularium. Quare hec erit primorum generum
que sunt maxime universalia. Veritas huius est quod hec scientia est circa utraque principia secundum quod pertinet ad rationem
entis. Cuius hec dubitatio utrum ens et unum sit principia generum. Videtur enim quod sic eo quod existimantur
continere omnia entia et unum maxime esse principium quia sunt principia in natura quod ex hoc patet quia ipsis
corruptis cetera corrumpuntur. Omnia enim sunt ens et unum. Contrarium videtur quia si quis ponat
ipsa esse genera necesse sit differentias eorum participare ipsis cum omnia participent ens et unum.
Nulla autem participat genus et ideo non sunt genera ponenda et hec est veritas. Quarto dubitatur
utrum species sint magis principia quam genera. Videtur enim quod sic. Si enim magis principium est id quod simplicius eo
quod est minus simplex. Simpliciora autem sunt in fiora generibus quam genera cum sint minus divisibilia genera
enim multa et differentias dividuntur. Magis principium videbitur esse species generibus. Contrarium autem videtur eo
quia species intimuntur in temptis generibus et ideo magis genera assimilantur principiis. Principium
autem sit quo remoto removetur. Veritas huius est quod quantum ad esse non species nec genera sunt princi
pia sed quantum ad diffinitionem genus aliquo modo sit principium speciei. Hic igitur et quedam alia sunt huius dubitationes.

Capitulum secundum quod sic incipit Adhuc utrum oportet ponere aliquid et cetera. Recapitulat quasdam alias
questiones superius tactas in tertio. Adhuc dubitat utrum praeter singularia oportet aliquid
ponere aut non. Sed ipsorum est scientia. Hoc enim esse non potest cum hec sint infinita. Contrarium autem ex hoc
videtur quia que praeter singularia sunt aut genera aut species dicuntur quorum non est scientia. Veritas
huius est quod de universalibus non prout sunt separata a singularibus secundum existentiam est scientia. Secundo dubitat utrum
praeter substantias sensibiles oportet esse substantiam aliquam separabilem aut non. Sed circa sensibiles esse sapientiam et rationabiliter hic
dubitatur quia videmus quod reperimus propositum est nobis scire hoc est separabile secundum se non existens aliud
sensibile. Si enim praeter sensibiles substantias est aliqua alia non est magis praeter quales oportet hanc esse quia non magis praeter
homines aliquis equus ponimus quis talem substantiam quam praeter alia alia animata. Ponere autem praeter omnes
substantias sensibiles alias separatas et constituere equales esse perpetuas sensibilibus quod ad numerum est ratione
videtur. Si autem primum principium hic quantum non est separabile accidens mirum erit magis principium quam ipsum quod similiter
similiter est cum ipsum non sit actu sed potentia et ideo principalis videbitur forme et species esse principium quam
materia. Sed ergo tollitur forma corporalis est nulla substantia erit secundum se perpetua separata quod est idem quod talis
videtur esse tamquam principium et a gloriosissimis quasi nullus enim ordo erit in entibus non existente aliquo
principio perpetuo et separabili aliquo modo. Et hec est veritas dubitationis. Cuius hic dubitatur si est aliqua substantia et
principium tale secundum naturam quale nunc dicimus et hoc unum et idem perpetuorum et corruptorum perpetuorum
et corruptibilium propter quod eodem existente principio quedam principiata sunt perpetua quedam non.
Si autem aliud est principium corruptibilium et aliud perpetuorum ita quod principium corruptibilium sit perpetuum sed dubitatur
propter quid existentia sub perpetuo principio sunt corruptibilia. Si autem sit non perpetuum aliud erit principium eius et aliud
alterius et sic in infinitum procedunt. Veritas huius est quod idem principium est perpetuorum et corruptibilium
productivum utrorumque tamen modis diversis. Tercio dubitat si quis putat principia esse maxime
immobilia utrum ens et unum sit principia. Si enim utrumque ipsorum non significat hoc aliquid et substantiam non erunt
principia cum non sint separabilia et per se. Talia enim principia quaerimus scilicet separabilia et per se. Si vero significant hoc
aliquid omnia erunt substantia quia de omnibus predicatur ens et unum. Omnia autem entia esse substantiam falsum
est. Veritas est quod licet principium primum sit unum in quo per se salvatur ratio entis tamen ens et unum ut supra
non sunt principia prima. Dicentes autem unum esse principium quod est substantia formalis existens et ex uno primo generant numerum
et hunc dicunt esse substantiam entium non possunt assignare quomodo dualitas et unusquisque reliquorum
numerorum est formaliter idem et unum. De hoc enim nihil dicunt nec facile est dicere. Si vero ponat
principia prima lineas et superficies cum hec non sint substantie separabiles secundum oppinabitur quod linee sunt
divisiones et diviones superficierum et superficies corporum et ultra quasi terminum divisionum existit
in alio et nulla est separabilis. Sed existimare substantiam secundum esse quod omnis substantie est generatio puncti autem non
est generatio cum sit divisio quedam. Contrarium autem dubitationem quod omnis scientia est universalium substantia autem non
est de numero universalium sed magis significat hoc aliquid et separabile ab aliis. Si ergo scientia est circa principia universalia quomodo oportet
substantiam existimare principium. Veritas huius est quod aliqua universalitas est in substantia propter quod scientia est de parti-
bus est dignitate virtutis propter quod potest esse principium. Dubitat enim utrum sit aliquid praeter sinolon
id est praeter sinolon totum ex materia et forma quia praeter materiam est omnia erunt corruptibilia cum ea que in materia sunt omnia
corruptibilia sint. Si autem aliquid est praeter sinolon totum hic erit species et forma sed difficile est determinare in
quibus hoc sit separabile et in quibus non nam in quibusdam palam est quod forma non est existens separa-
bilis ut puta forma domus. Veritas huius est quod quedam forme non sunt separabiles

+ ipsorum

aliquam ut forme substantiales intelligibiles aut sensibiles sunt. Dubitatur ultimo utrum sit principium sint eadem specie aut numero. Sed cum numero omnia erunt eadem. Veritas huius dubitationis patebit in XII°. Declarat quod entis inquantum ens una sit.

Quarto ponit tertium capitulum quod sic incipit. Quoniam autem philosophi scientia etc. Quia licet dicatur multipliciter tamen dicitur secundum rationem analogie, eo quod omnia entia attribuuntur ad primum et omnia contraria ad prima, quorum contrariorum potest esse una scientia non obstante quod alterum ipsorum dicatur secundum privationem. Dicit ergo primo quod autem scientia philosophi primi est entis inquantum ens simpliciter et non alicuius partis entis. Ens autem non dicitur uno modo sed multipliciter. Si ergo multipliciter dicatur equivoce et non per ad unum, ens non est sub una scientia quia equivocorum non est unum genus. Si autem ens dicatur multipliciter secundum ad unum, erit utique sub una scientia. Et ponit exemplum de medicativo et salubri, quorum utrumque multipliciter dicitur tamen per attributionem ad unum primum. Omne enim medicativum reducitur ad scientiam medicinam. Secundo enim dicitur medicativum quod procedit a scientia medicina, et cultellus medicativus quia scientie medicative est utilis. Similiter autem et omne salubre reducitur ad sanitatem, aliud sic quod significat ... Et eodem modo ens reducitur ad primum. Hoc enim dicitur ens quia passio est ... tale ... Cum autem reductio omnis entis est ad aliquod unum, et unaquaque contrarietatum reducitur ad primas differentias et contrarietates entis, prime differentie sint unum et plura aut similitudo et dissimilitudo. Sed nunc alie ... Nichil autem differt reductionem entium fieri ad ens aut ad unum, quamvis non convertuntur. Quod unum est ens et ens est unum. Quia autem ... est speculari omnia contraria. Secundum autem alterum contrariorum dicitur secundum privationem. Dubitatur quomodo contrariorum quorum est medium ut iniustum et iustum ... quod in talibus non oportet intelligi privationem non totius rationis alicuius contrariorum sed ultime speciei et perfectionis. Exemplum. Si iustus secundum habitum quidam est obediens legibus, iniustus non semper erit privatus totaliter obedientia legum, sed iniustus erit deficiens in aliquo a prosecutione legis, et secundum hunc defectum attribuitur ei privatio iustitie legalis. Et eodem modo in talibus contrariis.

Quarto ponit quartum capitulum quod sic incipit. Quemadmodum autem mathematicus etc. Declarat quod primi philosophi est considerare ens inquantum ens et principia entis ... Et dicit primum philosophum considerare prima principia quemadmodum mathematicus facit considerationem abstractam, quia aufert omnes sensibiles passiones, puta gravitatem et levitatem, duritiam et mollitiem et alias sensibiles contrarietates. Solummodo autem relinquit quid quantum continuum vel ad unum vel ad duo vel ad tria, et speculatur ipsa et ipsorum passiones secundum quod continua sunt. Considerat enim horum positiones ad invicem et commensurationes ac rationes horum. Et tamen omnium ponimus unam scientiam geometriam. Eodem modo est philosophie speculari ens inquantum ens et contrarietates ... Naturalis autem speculationem non esse entia inquantum entia sed magis inquantum participant motu distribuet. Dyaletica autem et sophistica sunt quidem circa accidentia entis, sed tamen non inquantum sunt accidentia entis nec circa ens secundum quod ens. Propter quod relinquitur solum philosophum primum esse speculatorem dictorum inquantum sunt passiones entis. Quoniam autem omne ens dicitur multipliciter secundum rationem analogie ad unum, et eodem modo contraria ad primas contrarietates entis, propter quod possunt esse sub una scientia, et hoc solvitur dubitatio dicta de principiis, quando dubitatum est quomodo multorum et differentium genere est aliqua una scientia. Hoc enim contingit ex hoc quod habent attributionem et analogiam ad unum. Quoniam autem mathematicus utitur quibusdam communibus principiis non secundum eorum communitatem sed applicate, primi philosophi erit ea considerare. Hoc enim principium quod quidem est si ab equalibus equalibus ablatis que relinquuntur sunt equalia, mathematicus assumens est partem materie ... continuum ut esse lineas angulos non inquantum sunt entia sed inquantum continua facit considerationem. Philosophus autem prima de hiis in parte sunt inquantum unumquodque eorum alicui accidit non intendit, ut de motu, sed de accidentibus. Speculatur autem entis inquantum ens accidentia. Eodem autem modo scientia naturalis speculatur entia non inquantum entia sed secundum quod sunt susceptiva motus. Propter quod tam naturalis scientia quam mathematica partes prime philosophie ponende sunt.

Quinto ponit quintum capitulum quod sic incipit. Est autem quoddam in entibus principium etc. Disputat contra negantes hoc principium: non contingit idem secundum unum et idem tempus simul esse et non esse. Est autem quoddam principium in entibus circa quod non contingit mentiri sed necesse est ipsum semper verum. Est autem hoc principium quod idem secundum unum et idem tempus, et sic de aliis conditionibus apponendis, non contingit esse et non esse. De talibus principiis non est demonstratio simpliciter cum non possit fieri sillogismus ad ipsum ex certiori principio, quod tamen necessarium est in demonstratione simpliciter. Ad eos autem qui dicunt oppositas dictiones veras esse de eodem, volentem ostendere quod falsum esse quod dicunt sumendum est aliquod tale quod idem sit ei quod est non contingere idem esse et non esse verum esse idem. Per hoc enim demonstrabitur non contingere oppositas dictiones verificari de eodem. Sic itaque contingit homines concertare ad invicem ratione: oportet ipsos ad intelligere ad invicem, quod hoc non facto non est contentio sermonis inter eos. Et ideo oportet unumquodque nomen esse notum et significare ad unum, ita quod si plura significat oportet significare unum determinatum significatum quod intendit manifestare per nomen. Dicens autem hoc similiter esse et non esse dicit quod non significat hoc et non significat ipsum, quod est impossibile. Supposito quod nomen aliquod determinate significet, hoc enim posito impossibile est contradictionem verificari de eodem. Si enim nomen significat de quo verificatur, necesse est hoc esse significatum eius; quod autem est necessarium esse non contingit non esse, et sic opposita non verificantur de eodem. Si non magis verificatur de aliquo affirmatio quam negatio, non magis verum erit de homine dicere quod est homo quam dicere quod est non homo. Magis autem verum videtur dicere ipsum esse non equum quam non hominem, et si verum est dicere ipsum esse non equum, verum erit dicere ipsum esse equum, quia opposita similiter dicuntur de eodem. Accidit igitur eundem esse hominem et equum aut aliquod aliud animal. Nulla autem per demonstrationem est demonstratio simpliciter, tamen est demonstratio contra ponentem opposita similiter verificari de eodem.

Quarto ponit sextum capitulum quod sic incipit. Cito autem quis et ipsum Eraclitum etc. In speciali declarat oppositum opinionem Eracliti dicentis idem secundum idem tempus contingere esse et non esse, et quod in idem incidit Anaxagoras dicens hominem esse mensam. Cito autem quis interrogans Eraclitum coget ipsum confiteri opposita non verificari de eodem. Non enim intellexit se ipsum existimando verum dicere cum dicit verum esse quod opposita verificentur similiter de eodem. Sed enim diffinitum non est magis verum affirmatio quam negatio, nec coniunctim affirmationem et negationem verum de eodem; verum est ergo hoc dicens non dicit verum. Sic ergo Eraclitus falsum opinatur. Et similiter contingit vere affirmare secundum dictum est falsum, scilicet dicere nullam affirmationem esse veram. Sed nec autem ad esse verum destruit officio negationem ad esse verum, et auferentium penitus disputare. Simile autem dictis est quod Pitagoras opinatur. Ille enim dixit hominem esse mensuram

omnem mechanicam dicens quod id quod videtur unicuique firmiter esse tale quale videtur. hoc autem concesso
accidit idem esse et non esse, idem esse bonum et malum, et alia opposita verificari de eodem. propter hoc quod
multotiens ad videtur id esse tale aliis autem videtur esse contrarium eius. propter autem videri mensura est unicuique
entium ut anaxagoras dicit. Solvet autem utrique etc. Introducit motiva dicentium oppinionem
Capitulum 11m quod sic incipit. fallacia [illegible] Solvet propter ut ex solutione ipsorum destruat
opiniones falsas. Solvet autem dubitationem opinantium contingere idem simul esse et non esse.
Considerantibus unde venerunt tales existimationes. Quibusdam enim venit dicta oppinio propter oppi
nionem physicorum aliis autem ex oppinari quecumque apparent esse vera. non enim omnes de eisdem
eadem cognoscunt. sed aliquibus hoc videtur delectabile aliis tamen triste. Dico opinionem
physicorum qua dicunt nihil fit ex non ente. hoc enim fere est commune dogma omnium naturalium. Et omne quod fit
fieri ex ente. quoniam igitur non album fit ex albo perfecto existente et non ex non albo quod fit nihil quod
fiet ex non ente. nec fit totaliter ex albo. sed fit ex non albo quod exit simul cum albo propter quod
idem erit simul album et non album. Non autem est difficile hanc rationem solvere. dictum est enim in
physicis quod quod fuit fuit ex non ente actu cum ipso. Circa dicentes autem quecumque
apparet vera esse. Sciendum est quod circa dictas oppinionibus et fantasiis sic est dicendum. Stultum est
